SUBSIDIA DIPLOMATICA
AD
SELECTA JURIS
ECCLESIASTICI GERMANIAE
ET
HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA
EX
ORIGINALIBUS ALIISQUE
AUTHENTICIS DOCUMENTIS
CONGESTA, NOTIS ILLUSTRATA ET EDITA.

a
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN,
Eminentiss. ac Celsiss. Archi Episcopi Princ. Elect. Moguntini Consiliario Eccles. Officiale &c. Insignis Ecclesiæ Colleg. B. M. V. ad Gradus Decano.

TOMUS QUINTUS.



HEIDELBERGÆ,
SUMPTIBUS TOBIÆ GOEBHARDT,
BIBLIOPOLAE UNIVERSITATIS BAMBERGENSIS.
MDCCLXXV.

ARTIS DIPLOMATICÆ
CVLTORI SALVTEM.

A quo tempore perutili ſtudio Diplomatico horas ſubſecivas conſecrare cœpi, totus in eo fui, ut chartas omnis generis ineditas hinc inde in tenebris latentes, ruinis vix non expoſitas ſervarem, ſoliciteque collectas luci publicæ reſtituerem.

Neque mea me fefellit induſtria & ſolicitudo, quin potius ſupellex mea litteraria tanto ditata fuerit Diplomatum numero, ut ea pro jure publico Eccleſiaſtico Germaniæ præprimis illuſtrando, Ejusdemque hiſtoria exornanda in multa ſucceſſive millia excreverint.

Ne vero theſaurum hunc tanto cum labore comparatum fatalis temporum ſeries denuo diſſiparet ac penitus deſtrueret, curandum fuit. Prævio hinc maturo conſilio illius ſervandi medium peropportunum viſum eſt: ſacrum hoc depoſitum millenis concredere manibus & oculis.

Quare typis publicis divulgavi. *Subsidia Diplomatica ad selecta juris Ecclesiastici Germaniæ & Historiarum capita elucidanda ex originalibus aliisque authenticis Documentis necdum editis.*

Cumque Tomus primus non vulgari applausu ubique locorum exciperetur, Editori calcar additum fuit, ut Tomo secundo etiam Tertium & Quartum adjungeret. Quintus modo sub prelo sudat, eundemque excipiet Sextus cum reliquis, dummodo illi, qui subsidia hæc utilitati publicæ obtulit, nova chartarum subsidia ex Archiviis amice subministrentur.

Tomis subsequentibus inserentur:

I. Litteræ fundationum & dotationum Ecclesiarum Cathedralium & collegiatarum.

II. Erectiones, uniones, dismembrationes, translationes Ecclesiarum parochialium.

III. Fundationes Vicariarum aliorumque beneficiorum simplicium.

IV. Erectiones Universitatum sive studiorum generalium.

V Institutiones societatum litterariarum.

VI. Fundationes hospitalium, stipendiorum &c.

VII. Statuta Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarum, Capitulorum ruralium.

VIII. Ordinationes Universitatum, societatum litterariarum, hospitalium &c.

IX. Privilegia a summis Pontificibus Archi- & Episcopis, Imperatoribus, Regibus

aliis-

aliisque Principibus &c. Ecclesiis & aliis piis corporibus concessa.

X. Reservationes & gratiæ expectativæ ante & post erecta Concordata Germaniæ.

XI. Collationes quorumcunque beneficiorum a Capitulis vel personis singularibus factæ ante concordata.

XII. Vitæ Communis Clericalis in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis vestigia.

XIII. Collationes beneficiorum monocularium post erecta concordata.

XIV. Turni pro nominationibus Canonicorum, Vicariorum & aliorum beneficiatorum. &c.

XV. Observantiæ Capitulorum circa dandam possessionem primam.

XVI. Circa Residentiam Domicellarium & Capitularium.

XVII. Circa dandam possessionem secundam.

XVIII. Circa solvendas pecunias in statutis determinatas ante possessionem primam & secundam.

XIX. Circa probationem parentelæ.

XX. Circa annos carentiæ & gratiæ.

XXI. Circa solvendos fructus biennales.

XXII. Circa optiones curiarum Canonicalium. &c.

XXIII. Circa oblegia.

XXIV. Circa licentiam abessendi &c &c.

XXV. Processus Electionum Archi- & Episcoporum.

XXVI. Inſtrumenta Confirmationum & conſecrationum Epiſcoporum a Metropolitanis peractarum.

XXVII. Nominationes Regiæ & Epiſcopatus.

XXVIII. Proceſſus poſtulationum.

XXIX. Proceſſus Coadjutoriarum.

XXX. Mortuo Epiſcopo jus ſpolii vel abrogatum vel immutatum.

XXXI. Proceſſus Electionum Præpoſitorum Decanorum, Scholaſticorum, Cantorum Cuſtodum &c.

XXXII. Legitime abſentium mandata procuratoria antiquioris ævi.

XXXIII. Inſtrumenta Electionum Abbatum & Abbatiſſarum &c.

XXXIV. Inſtrumenta Confirmationum Abbatum &c.

XXXV. Synodi Provinciales & Diœceſanæ.

XXXVI. Ordinationes, mandata, ſanctiones, conſtitutiones Epiſcoporum quoad diſciplinam Eccleſiaſticam.

XXXVII. Quoad Feſtorum inſtitutionem, abrogationem &c.

XXXVIII. Circa Immunitatem Eccleſiaſticam.

XXXIX. Diſpenſationes antiquiores in pluralitate beneficiorum.

XL. In Gradibus prohibitis.

XLI. In irregularitate.

XLII. In ætate.

XLIII. In Interſtitiis,

XLIV.

XLIV. In Eſu Carnium &c. &c.

XLV. Ordo judicialis in Conſiſtorio Eccleſiaſtico prioribus ſæculis uſitatus.

XLVI. Facultates Vicario Generali conceſſæ.

XLVII. Archidiaconorum authoritas.

XLVIII. Archipresbiterorum munia antiquiora

XLIX. Viſitationes Archi- & Epiſcopales, Archidiaconales & chartæ viſitatoriæ.

L. Facultas teſtandi Clericis conceſſa.

LI. Regiſtra Archidiaconalia ante annum 1530. conſcripta, in quibus omnes Eccleſiæ, Capellæ &c. & ſingula beneficia certorum diſtrictuum Archidiaconalium (modo Capitulorum ruralium) annotata reperiuntur.

LII. Documenta jus patronatus ſive præſentandi ad parochias aliaque beneficia concernentia.

LIII. Fundationes Abbatiarum & Monaſteriorum.

LIV. Conſtitutiones Monaſteriorum & Congregationum particulares.

LV. Traditiones vel Donationes Monaſteriis factæ.

LVI. Concambia ſive permutationes eorumdem.

LVII. Contractus eorumdem ſolemniores.

LVIII. Privilegia eisdem conceſſa.

LIX. Bullæ, Brevia & Indulta Pontificum ſuper multivariis objectis notabilibus.

LX. Conceſſus Pallii uſus & ejusdem privilegium.

LXI. Decimæ Papales, Annatæ, penſiones, ſubſidia charitativa.

LXII. Documenta hiſtoriam concordatorum Germaniæ illuſtrantia.

LXIII. Preces Imperiales primariæ, quæ Tomo ſecundo ſubſidiorum Diplomaticorum non reperiuntur.

LXIV. Preces Archi- & Epiſcopales primariæ &c. uno verbo.

LXV. Chartæ & Documenta omnis generis & ævi, quæ jus Eccleſiaſticum aut hiſtoriam Germaniæ quovis modo illuſtrare poſſunt.

Operæ pretium foret, materias modo allatas ad unam omnes prolixius deducere; ſed cum præſentis inſtituti ratio id non patiatur, aliquas ſolummodo tangimus.

Pro illuſtrando jure Eccleſiaſtico Germaniæ ſtatuta Eccleſiarum avide & iterato deſideramus, illumque timorem, ne ſecreta Capitulorum exinde prodantur & præjudicia generentur, vanum alibi demonſtravimus & inanem. Confer etiam Tomus I ſubſidior. Diplom. pag. 2. utque Codex ſtatutorum propediem confici poſſit, editorum elenchum hic addimus:

I. Statuta Eccleſiæ Francofordienſis antiquiſſima. Tom. I. Subſid. Diplom. pag. 1.

II.

II. Statuta Ecclesiæ Metropolitanæ Coloniensis exhibet Subsidior. Diplom. Tomus III. pag. 76. &c.

III. Statuta Ecclesiæ Cathedralis Frisingensis, quæ concinnavit Historiographus Otto Frisingensis Episcopus. Lünig. Spicileg. Eccles. part. II. pag. 233.

IV. Statuta Ecclesiæ Cathedralis Mindensis. Lünig. spicil. Eccles. III. theil fortsetz. Cont. III. pag. 57.

V. Statuta Ecclesiæ Cathedralis Swerinensis. Ernesti Joach. de Westphalen monumenta inedita Tom. 2. pag. 1970.

VI. Statuta & Privilegia Ecclesiæ Cathedralis Lubecensis. cit. de Westphalen pag. 2422.

VII. Statuta Ecclesiæ Flonheimensis. Diœc. Mog. in Archidiaconatus distincta Tom. I. pag. 3.

VIII. Statuta Ecclesiæ Cathedralis Halberstadiensis. Lünig. spicil. Eccles. im Anhang pag. 77.

IX. Statuta Ecclesiæ Collegiatæ S. Alexandri Eimbeccensis. Ludewigii Reliquiæ MSS. Tom. X. pag. 101.

X. Statuta & Privilegia Ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ. Ludewig. l. c. Tom. XI. pag. 422.

XI. Statuta ejusdem Ecclesiæ ab Alberto Archi Ep. Moguntino & Magdeburgensi con-

cessa. von Dreyhaupt Magdeburgischer Saal Creyss Tom. I. pag. 891. n. 268. & pag. 919.

XII. Statuta Ecclesiæ B. M. Virginis in Wurtzen Misnens. Diœc. Lünig Contin. 1. spicil. Eccles. pag. 839.

XIII. Statuta Ecclesiæ Cathedralis Caminensis. Lünig spicil. Eccles. III. theil fortsetz. Cont. III. pag. 12.

XIV. Statuta Ecclesiæ B. Mariæ Virginis Wetzlariensis. Subsid. Diplom. Tom. IV. pag. 48.

XV. Statuta Ecclesiæ Metropolitanæ Bremensis. Lünig Archiv. j. spicil. Eccles. cont. III. pag. 960.

XVI. Statuta Ecclesiæ Collegiatæ ad S. Martinum Bingensis. Subsid. Diplom. Tom. II. pag. 338.

XVII. Statuta Ecclesiæ Collegiatæ S. Gangolphi Magdeburgensis. Dreyhaupt l. c. pag. 341.

XVIII. Statuta Ecclesiæ Metropolitanæ Magdeburgensis Dreyhaupt l. c. pag. 482. n. 139.

XIX. Statuta Ecclesiæ Collegiatæ S. Nicolai Magdeburgensis. Dreyhaupt l. c. pag. 489.

XX. Statuta Ecclesiæ Equestris ad S. Petrum Wimpinensis. Subsid. Diplom. Tomus V. n. XIV.

XXI.

XXI. Statuta Ecclesiæ Cathedralis Argentoratensis. Cramer Comment. de nobilitate Avita pag. 544.

XXII. Statuta Ecclesiæ Collegiatæ ad S. Philippum Cellensis continet subsid. Diplom. Tomus VI.

Edita sunt hæc statuta & proxime edentur adhuc plura, quin ulli Ecclesiarum præjudicii quidquam pertimescendum sit; imo Ecclesiis longe maximo cedet honori, si statuta earum typis divulgentur & observentur quam exactissime.

Fundationes a Prædecessoribus nostris factæ commonstrant, quam ardenter regnum Dei ad se rapere, ejus honorem dilatare & proximum juvare studuerint: Utinam nepotes non destruerent, quod Patres eorum veri Zelatores domus Dei ædificarunt! hæc aliaqua monumenta e latebris protracta notiora reddere erit maxime proficuum, cum experientia optima rerum Magistra singulis diebus edoceat, quod plurimæ possessiones ex ignorantia documentorum dispereant.

Electionum multivaria fata nonnisi e processibus earumdem novioribus & antiquis inter se collatis addiscimus.

Titulum de præbendis & Dignitatibus quis condigne explicet? certe non nisi is, qui Ecclesiarum statuta & observantias ex asse noverit.

Fr.

Facile autem erit, pro intentione mea ſuppetias ferre, ſi Eccleſiarum chartaria excutiantur, tabularia publica inſpiciantur, libri copiales antiqui, quorum ingens multitudo eſt, probe examinentur & Diplomata ex iis amice ſubminiſtrentur.

Prolixiori Tomi hujus recenſioni non immoror, ſat enim copioſus eſt

ELEN-

ELENCHVS CHARTARVM.

VIII.

XXIX.

XXXIX.

)( )(XLVIII.

LVII.

XCIV.

CVIII.

CXXIII.

CXXXI.

CXXXIX.

CXLVII.

CLVIII.

CLXX.

(De monasterio isthoc suo tempore plura.)

Valete & favete Amici! Dabam Moguntiæ die vigesima prima mensis Julii An. MDCCLXXIV.

I. STA-

I.

STATVTVM QVOD NVLLVS RECIPIATVR AD NON VACANTEM PREBENDAM NEC FIAT PROMISSIO AD VACATVRAM.

Conradus Decanus & Capitulum Eccleſie ſanEte *Marie ad gradus* Mogunt. univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Cum Canonica prohibeant inſtituta ut nulla eccleſiaſtica miniſteria ſeu etiam beneficia vel Eccleſie tribuantur alicui ſeu promittantur antequam vacent *) ne deſiderare quis

*) Statutum hoc cedro dignum a Capitulo inſignis Eccleſiæ Collegiatæ B. M. V. ad Gradus Mogunt. eo ipſo ævo conditum eſt, quo Mandata, Expectativæ & Reſervationes in Eccleſias Germaniæ turmatim irruere cœperunt.

Hæc de materia ſat ſuperque egimus in præfatione Tomi IV. præcedentis; hinc modo non libet, nauſeam denuo excitare. Id ad mentem ſtatuti noſtri meminiſſe ſufficiat, quod votum captandæ mortis etiam Gentilibus jam fuerit abominabile.

in mortem proximi videatur in cujus locum & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum, cum enim in ipſis legibus Gentilium etiam inveniatur inhibitum turpe eſt & divini animadverſione plenum judicii ſi locum in Eccleſia Dei future ſucceſſionis exſpectatio habeat quam Gentiles curarunt etiam condempnare, hinc eſt quod nos provida & communi deliberatione prehabita fide data & corporali ſuper hoc preſtito juramento unanimi voluntate & conſenſu ſtatuimus ut nullus de cetero in Eccleſia noſtra ad prebendam recipiatur antequam vacet vel de ipſa alicui ſpes aut promiſſio ulla fiat. In cujus rei perpetuam memoriam ſigillum Capituli Eccleſie noſtre duximus apponendum. Datum & Actum *Moguntie* Anno Domini M° CC° LX nono.

II.

GRATIA EXPECTATIVA A GREGOR. XII. PP. AD ECCLESIAM FRIDESLAR. CONCESSA.

G*regorius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri Archi Epiſcopo Maguntinenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii *Bertoldi Lamperti* pauperis Clerici tue Dioceſis apud ſedem Apoſtolicam conſtituti ſupplicationibus inclinati fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de vita & converſatione ipſius Clerici qui ut aſſerit aliquod beneficium eccleſiaſticum non obtinet & quem per certos examinatores

tores

tores supèr hoc deputatos a nobis de litteratura examinari fecimus diligenter quique in illa repertus est ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum solerter inquirens si eum vite laudabilis & honeste conversationis esse repereris & aliquod beneficium ecclesiasticum non obtineat aliudque non obsistat canonicum, ei de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura consueto ab olim Clericis secularibus assignari, dummodo in Ecclesia Cathedrali non existat cujus fructus redditus & proventus si cum cura viginti si vero sine cura fuerit quindecim marcharum argenti secundum taxationem decime si taxatum fuerit vel si taxatum non fuerit secundum quod de ipso pro decima communiter persolvi consuevit valorem annuum non excedant, ad collationem vel presentationem dilectorum filiorum Decani & Capituli Ecclesie sancti *Petri Fritzlar.* dicte tue Dioc. communiter pertinente, si quod in civitate Maguntina vel dicta diocesi vacat ad presens vel cum vacaverit *) quod idem Clericus infra unius mensis spatium postquam sibi de ipsius beneficii vacatione constiterit, duxerit acceptandum, auctoritate nostra providere procures ac inducens per te vel alium seu alios eundem Clericum in corporalem possessionem beneficii hujusmodi & defendens inductum ac faciens ipsum

*) Aliquas expectativarum formulas, lectu quidem non jucundas, scitu tamen necessarias e tenebris protrahere duximus operæ pretium, ut sera sciat Germanorum posteritas, qua super re eorum Patres olim gravissimas excitârint querelas.

ſum ad illud etiam ſi canonicatus & prebenda fuerit ut eſt moris admitti, ſibique de ipſius beneficii fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis integre reſponderi, Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus ſi aliquem ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus Generales vel ſpeciales dicte ſedis vel legatorum ejus ſub quacumque verborum forma litteras impetrarint etiamſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus preterquam auctoritate noſtra hujusmodi beneficia expectantibus eundem Clericum in hujusmodi beneficii aſſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari, ſeu ſi eisdem Decano & Capitulo vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur & ad id compelli aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint quodque de beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem vel preſentationem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel

differ-

differri & de qua cujusque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, volumus autem quod ſi tu preſentes litteras non potueris ſeu nolueris exequi, dilecti filii Prepoſitus *ſancti Victoris* & Cuſtos *ſancti Petri* extra muros Magunt. Eccleſiarum litteras ipſas ac omnia & ſingula in eis contenta ſecundum ipſarum litterarum tenorem exequi poſſint & debeant ſuper quo eis tenore preſentium mandatum damus & etiam poteſtatem & inſuper prefatis Decano & Capitulo ne de hujusmodi beneficio interim etiam inſinuationem preſentium & proceſſuum per eos habitorum eis factam, niſi poſtquam eis conſtiterit quod idem Clericus hujusmodi beneficium acceptare noluerit, diſponere quoquomodo preſumant diſtrictius inhibemus, decernentes irritum & inane ſi ſecus ſuper premiſſis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum *Rome* apud ſanctum Petrum Kal. Januarii Pontificatus noſtri Anno primo.

III.

EXECVTIO LITTERARVM APOSTOLICARVM SVBDELEGATVR.

I*ohannes* Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius honorabilibus Prepoſito *ſancti Victoris* & Cuſtodi *ſancti Petri* extra muros Magunt.

Ecclesiarum devotis nostris dilectis salutem in Domino sempiternam. Litteras sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Dñi *Gregorii* Divina providentia Pape duodecimi ejus vera bulla plumbea cum cordula canapis impendente more Romane curie bullatas sanas & integras non vitiatas nec cancellatas sed omni prorsus vitio & suspicione carentes nos noveritis recepisse, quarum tenor sic incipit: *Gregorius* Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Archi Episcopo Maguntinensi salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii *Bertoldi Lamperti* pauperis Clerici tue diocesis apud sedem Apostolicam constituti supplicationibus inclinati &c. & sic finit: Datum *Rome* apud *sanctum Petrum* Kal. Januarii Pontificatus nostri anno primo. Post quarum quidem litterarum Apostolicarum presentationem & receptionem licet pro parte prefati Bertoldi principalis nobis fuerit humiliter supplicatum ut ad executionem dictarum litterarum Apostolicarum procedere dignaremur tamen quia aliis arduis nostris & Ecclesie nostre negotiis sumus prepediti sic quod premissis personaliter intendere non valemus negotium provisionis hujusmodi & aliorum incumbentium ad vos duximus remittendum & remittimus per presentes nos ob hoc legitime in hiis scriptis excusantes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Erenf[illegible]s* feria sexta ante festum Penthecostes. Anno Dñi Millesimo quadringentesimo septimo.

Litte-

Litteræ executoriales *Heinrici* Præpositi sancti *Victoris* & *Johannis* Custodis *S. Petri* extra muros Magunt. datæ sunt eodem anno die quinta decima mensis Maji sub stilo Curiæ consueto.

IV.

GRATIA EXPECTATIVA A JOANNE XXIII. PP. CONCESSA.

Johannes Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Scolastico Ecclesie sancti *Johannis Ameneburgensis* Magunt. Dioc. salutem & Apostolicam benedictionem. Dignum arbitramur & congruum ut illis se reddat sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragentur, volentes itaque dilectum filium *Johannem Munden* Clericum Magunt. dioc. apud nos vite & morum honestate aliisque probitatis & virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu favore prosequi gratioso, Discretioni tue per Apostolica scripta mandamus quatenus si per diligentem examinationem eundem Johannem ad hoc ydoneum esse repereris super quo tuam conscientiam oneramus beneficium Ecclesiasticum cum cura vel sine cura consuetum Clericis secularibus assignari, cujus fructus redditus & proventus si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit decem & octo marcarum argenti secundum taxationem decime valorem annuum non excedat ad dilectorum filiorum Abbatis & Conventus monasterii Hersfel-

 den-

densis ordinis sancti *Benedicti* nec non Prepositi, Decani, Scolastici, Cantoris, Custodis & Capituli singulorumque canonicorum & personarum Ecclesie sancti *Petri* Fritzlariensis dicte dioc. collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel divisim pertinens si quod vacat ad presens vel cum vacaverit quod dictus *Johannes* per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra mensis unius spatium postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit duxerit acceptandum conferendum eidem Johanni post acceptationem hujusmodi cum omnibus juribus & pertinentiis suis donationi tue auctoritate nostra reserves districtius inhibendo eisdem Abbati conventui Preposito Decano Scolastico Cantori Custodi Capitulo Canonicis & personis ne de hujusmodi beneficio interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis constiterit quod Johannes vel procurator predicti illud noluerint acceptare, disponere quoquomodo presumant ac nichilominus beneficium hujusmodi quod reservabis si ut premittitur vacat aut cum vacaverit cum omnibus juribus & pertinentiis supradictis prefato Johanni post acceptationem predictam eadem auctoritate conferas & assignes, inducens per te vel alium seu alios eundem Johannem vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem beneficii juriumque & pertinentiarum predictorum & defendens inductum ac faciens sibi de hujusmodi beneficii fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus universis integre responderi,

con-

contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales vel speciales dicte sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem & decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra hujusmodi beneficia exspectantibus prefatum Johannem in hujusmodi beneficii assecutione volumus anteferri sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari seu si Abbati Conventui Preposito Decano Scolastico Cantori Custodi Capitulo Canonicis & personis prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata sede indultum existat quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur & ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis aut si

hodie pro alio vel aliis ſuper equali vel equalibus gratia ſeu gratiis de ſimili beneficio ad collationem proviſionem preſentationem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Abbatis Conventus Prepoſiti Decani Scolaſtici Cantoris Cuſtodis Capituli Canonicorum & perſonarum predictorum communiter vel diviſim pertinente litteras noſtras duxerimus concedendas, nos enim tam illas quam preſentes effectum ſortiri volumus quacunque conſtitutum Apoſtolica contraria non obſtante. Et inſuper ſi dictus Johannes ad hoc repertus fuerit ydoneus ut prefertur ex tunc perinde decernimus & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari ac ſi die datarum preſentium beneficium hujusmodi ſi quod vacabat tunc aut cum vacaret, quod dictus Johannes acceptaret ut prefertur conferendum eidem Johanni poſt acceptationem predictam Donationi Apoſtolice cum interpoſitione Decreti duxiſſemus ſpecialiter reſervandum. Datum *Bononie* VIII. Kalendas Junii Pontificatus noſtri Anno primo.

V.

ACCEPTATIO PRÆBENDÆ VACANTIS PER PROCVRATOREM FACTA.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem Milleſimo quadringenteſimo ſedecimo, Indictione nona Apoſtolica ſede paſtore vacante, viceſima ſeptima die menſis Junii hora nona vel quaſi

quasi in ambitu Ecclesie sancti *Martini Cassellensis* Magunt. Dioc. in mei Notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum presencia personaliter constitutus providus & discretus vir Dominus *Johannes Amelungen* Altarista dicte ecclesie sancti *Martini* dicte Diocess. procurator ad infrascripta a discreto viro Domino *Wigando Vitratoris* de *Cassel* clerico dicte Dioc. constitutus prout de sui procurationis mandato mihi Notario subscripto legitime constabat atque constat, asserens nondum mense elapso ad sui noticiam devenisse Canonicatum & prebendam in Ecclesia *Sti Petri* Fritzlariensi dicte Dioc. ex obitu Domini Johannis Deynen ultimi & immediati possessoris ejusdem Canonicatus & prebende vacare, unde eosdem Canonicatum & prebendam ut sic vel alias quovis modo vacantes nomine procuratorio dicti Dñi Wigandi vigore cujusdam *gratie Apostolice* eidem Dño *Wigando* per sanctissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum olim Dnũm *Johannem* Divina providentia Papam *vicesimum tercium* de beneficio Ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo ad collacionem honorabilium virorum Dñorum Prepositi Decani Scolastici Cantoris Thesaurarii & Capituli singulorumque Canonicorum & personarum Ecclesie *Sancti Petri* Fritzlariensis dicte Dioc. communiter vel divisim pertinente sub dato VI. Kalendas Junii Pontificatus ejusdem Dñi *Johannis* Anno primo facte in Dei nomine acceptavit protestans quod si hujusmodi prebenda sub dicta sua gratia minime cadat aut de jure sibi non debeatur,

quod

quod tunc salvum & illesum sibi remaneat jus quodcumque beneficium sibi dicte sue gratie debens aut cadens acceptandi super quibus omnibus aliis & singulis idem Dñus *Johannes* procuratorio nomine quo supra peciit sibi a me Notario infrascripto tot quot necessaria fuerint confici instrumenta. Acta sunt hec Anno Indictione mense die hora & loco quibus supra presentibus honorabilibus & discretis viris Dñis *Johanne Nordirshusen* & *Johanne Adolfi* Canonicis Ecclesie sancti *Martini* Cassellensis Mag. Dioc. testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Et Ego *Johannes Wynrich* Clericus de Cassel Mag. Dyoc. publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia predicte acceptationi aliisque omnibus & singulis premissis dum sic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenotatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi & audivi, ideoque presens publicum Instrumentum per me fideliter scriptum inde confeci subscripsi & in hanc publicam formam redegi signo & nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium premissorum.

VI.

GRATIA EXPECTATIVA AB EVGENIO IV. PP. CONCESSA.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio *Andree Grinczinger* Canonico Ecclesie sancti

cti

cti *Petri* Fritzlar. Mag. Dioc. familiari noſtro ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Grata familiaritatis obſequia que nobis hactenus impendiſti & adhuc ſolicitis ſtudiis impendere non deſiſtis necnon nobilitas generis vite ac morum honeſtas aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita quibus perſonam tuam tam familiari experientia quam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales, volentes itaque tibi qui etiam continuus noſter commenſalis & ut aſſeris de nobili genere procreatus nec non in viceſimo tertio vel citra tue etatis anno conſtitutus exiſtis premiſſorum obſequiorum & meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem Canonicatum Ecclefie ſancti *Petri Fritzlarienſis* Mag. Dioc. cum plenitudine juris Canonici Apoſtolica tibi auctoritate conferimus & de illo etiam providemus prebendam vero ac dignitatem perſonatum vel officium ejusdem eccleſie etiamſi ad hujusmodi dignitatem, perſonatum vel officium conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura immineat animarum, dummodo dignitas ipſa principalis non exiſtat, nec non beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura etiamſi canonicatus & prebenda alterius quam Cathedralis Eccleſie fuerit, cujus quidem beneficii fructus, redditus & proventus ſi cum cura viginti quinque, ſi vero ſine cura fuerit, decem & octo marcarum argenti ſecundum taxationem decime valorem annuum non excedant, ad collationem, proviſionem, preſentationem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Venerabilis fratris

noſtri

noſtri Patriarche Aquilegienſis & dilectorum filiorum Prepoſiti Decani Scolaſtici Cantoris Capituli ſingulorumque Canonicorum & perſonarum Eccleſie Aquilegienſis communiter vel diviſim pertinens, ſi qua vacant ad preſens vel cum vacaverint que tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime conſtitutum infra unius menſis ſpatium poſtquam tibi vel eidem procuratori vacatio illorum innotuerit duxeris acceptanda, conferenda tibi poſt acceptationem hujusmodi cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis Donationi Apoſtolice reſervamus diſtrictius inhibentes Venerabili fratri noſtro Archi Epiſcopo Magunt. & dilectis filiis Capitulo dicte Eccleſie beati *Petri* ac illi vel illis ad quem vel ad quos in eadem Eccleſia ſancti Petri prebendarum ac dignitatum perſonatuum vel officiorum collatio proviſio preſentatio electio ſeu quevis alia diſpoſitio communiter vel diviſim pertinet ne de prebenda ac dignitate perſonatu vel officio nec non eisdem Patriarcha Prepoſito Decano Scolaſtico Cantore Capitulo Eccleſie Aquilegienſis Canonicis & perſonis ne de beneficio hujusmodi interim Eccleſia ante acceptationem eandem, niſi poſtquam eis conſtiterit, quod tu vel procurator predictus illa nolueritis acceptare diſponere quoquomodo preſumant ac decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac decreto Canonicorum nec non ſancti *Petri* predicte & ejusdem nec non alterius in qua beneficium hujus-

modi

modi forſitan fuerit eccleſiarum jure jurando confirmatione apoſtolica vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuscunque aut ſi aliqui Apoſtolica vel alia quavis auctoritate in eadem Eccleſia ſancti *Petri* in Canonicos ſint recepti vel ut recipiantur inſiſtant ſeu ſi ſuper proviſionibus inibi faciendis de canonicatibus & prebendis ac dignitatibus perſonatibus vel officiis predicte Eccleſie ſancti Petri ac hujusmodi ſpeciales aut aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus Generales Apoſtolice ſedis vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum aut alias quomodolibet ſit proceſſum quibus omnibus preterquam auctoritate noſtra in ipſa eccleſia ſancti Petri receptis vel prebendas ac dignitates perſonatus vel officia in eadem nec non beneficia hujusmodi expectantibus te in prebenda ac dignitatis perſonatus vel officii nec non beneficii hujusmodi aſſecutione volumus anteferri ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem prebendarum ac dignitatum perſonatuum vel officiorum aut beneficiorum aliorum prejudicium generari, ſeu ſi eisdem Patriarche Archi Epiſcopo Prepoſito Decano Scolaſtico Cantori Capitulis Canonicis & perſonis vel quibusvis aliis communiter vel diviſim a dicta ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem aliam minime teneantur & ad id compelli non poſſint, quodque de Canonicatibus & prebendis ac dignitatibus perſonatibus vel officiis ipſius eccleſie ſancti Petri nec non hujusmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ad

co-

eorum collationem, provisionem, presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem conjunctim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de hujusmodi indulto mentionem aut qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, aut si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis & consuetudinibus sancti *Petri* & aliarum Ecclesiarum predictarum solita juramenta, dummodo in absentia tua per procuratorem ydoneum & cum ad ecclesias ipsas accesseris corporaliter illa prestes, quodque in dicto anno constitutus ad obtinendam dignitatem personatum seu cum cura officium vel beneficium hujusmodi in premissa pateris etate defectum, seu si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratia seu gratiis in eadem Ecclesia sancti *Petri* ac de simili beneficio ad collationem provisionem presentationem seu quamvis aliam dispositionem Patriarche Prepositi Decani Scolastici Cantoris Capituli Ecclesie Aquilegiensis Canonicorum & personarum predictorum communiter vel divisim pertinente litteras nostras duxerimus concedendas, nos enim tam illas quam presentes effectum sortiri volumus, quacunque constitutione Apostolica contraria non obstante, quodque quam primum dignitatem personatum aut cum

cura

cura officium vel beneficium hujusmodi fueris vigore presentium pacifice assecutus, eedem presentes littere & processus habiti per easdem & quecunque inde secuta quoad incompatibile dumtaxat sint cassa & irrita nulliusque roboris vel momenti & insuper tecum ut dignitatem personatum aut cum cura beneficium vel officium hujusmodi si tibi vigore presentium conferatur recipere & retinere libere & licite valeas, defectu predicto ac Lateranensis Concilii & quibusvis aliis constitutionibus nec non predictis statutis & consuetudinibus ceterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate prefata tenore presentium de gratia speciali dispensamus, proviso quod dignitas personatus aut cum cura officium seu beneficium hujusmodi debitis propterea non defraudetur obsequiis & animarum cura in dignitate vel personatu si qua illi immineat & in cum cura officio vel beneficio predictis nullatenus negligatur. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre collationis provisionis reservationis inhibitionis constitutionis voluntatis & dispensationis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum* anno incarnationis Dominice Millesimo quadringentesimo tricesimo primo octavo Kalendas Maji Pontificatus nostri anno primo.

VII.

EXECVTORIALES DEMANDATÆ.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Elettensi & dilectis filiis Abbati monasterii de *Jilich* ac Decano Ecclesie beate *Marie Rodenbergensis*, Aquilegiensis & Magunt. Dioc. salutem & Apostolicam benedictionem. Grata dilecti filii *Andree Grintzinger* Canonici Ecclesie sancti *Petri* Fritzlar. Mag. Dioc. familiaris nostri familiaria obsequia que nobis hactenus impendit & adhuc solicitis studiis impendere non desistit, nec non nobilitas generis &c. & sic finit: Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem *Andream* vel procuratorem suum ejus nomine ex nunc in predicta Ecclesia sancti *Petri* auctoritate nostra prefata in Canonicum recipi facientes & in fratrem stallo sibi in Choro & loco in Capitulo ipsius Ecclesie sancti *Petri* cum dicti juris plenitudine assignatis prebendam ac dignitatem personatum vel officium nec non beneficium hujusmodi per vos ut premittitur reservata, si tempore hujusmodi nostre reservationis vacabant vel postea vacaverunt aut cum vacaverint ut prefertur cum omnibus juribus & pertinentiis supradictis eidem Andree post acceptationem hujusmodi auctoritate nostra prefata conferre & assignare curetis inducentes eum vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem prebende ac dignitatis personatus vel officii nec non beneficii

hu-

hujusmodi juriumque & pertinentiarum predictorum & defendatis inductum ac facientes ipsum *Andream* vel procuratorem suum pro eo ad dignitatem personatum vel officium ac beneficium hujusmodi ut est moris admitti sibique de Canonicatus & prebende ac dignitatis personatus vel officii nec non beneficii hujusmodi fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus universis integre responderi, non obstantibus omnibus supradictis aut si Patriarche Archi Episcopo Preposito Decano Scolastico Cantori Capitulis Canonicis & personis predictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sede indultum existat quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Datum *Rome* apud S. *Petrum* Anno Inc. Dom. MCCCCXXXI. octavo Kal. Maji Pont. nri anno primo.

VIII.

GRATIA EXPECTATIVA A NICOLAO V. PP. CONCESSA POST CONCORDATA.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio *Johanni Lurtholdi de Friczlaria* Clerico Mag. Dioc. salutem & Apostolicam benedictionem. Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis

 tatis

tatis & virtutum merita ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales, volenteſque ita tibi, qui ut aſſeris in viceſimo vel circa tue etatis anno conſtitutus exiſtis premiſſorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem unum vel duo beneficium ſeu beneficia Eccleſiaſticum ſeu Eccleſiaſtica etiam alterum cum cura aut quodlibet ipſorum Canonicatus & prebenda vel officium in Collegiata Eccleſia exiſtat, & ad officium hujusmodi conſueverit quis per electionem aſſumi cujus ſeu quorum fructus redditus & proventus ſi ipſorum aliqua cum cura viginti quinque ſi vero ſine cura fuerint, ſi ipſa duo fuerint, decem & octo marcarum argenti ſecundum extimationem de Camera valorem annuum non excedant, ad dilectorum filiorum Prepoſiti Decani Scolaſtici Cantoris Cuſtodis & Capituli ſingulorumque Canonicorum & perſonarum ſancti *Petri* Friczlarienſis ac dilecte in Chriſto filie Abbatiſſe ſecularis *ſancte Crucis* in *Kouffungen* Mag. Dioc. Eccleſiarum etiam dignitatum perſonatuum adminiſtrationum & officiorum que in illis obtinent collationem proviſionem, preſentationem eleccionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim pertinens ſeu pertinentia ſi quod vel ſi qua vacat ſeu vacant ad preſens aut cum vacaverit ſeu ſimul vel ſucceſſive vacaverint quas ſeu que tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime conſtitutum infra unius menſis ſpatium poſtquam tibi vel ejus procuratori vacatio illius vel illorum innotuerit duxeris acceptandum vel

accep-

acceptanda conferendum ſeu conferenda tibi poſt acceptationem hujusmodi cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis Donationi Apoſtolice reſervamus diſtrictius inhibentes eisdem Prepoſito Decano Scolaſtico Cantori Cuſtodi Capitulo Canonicis ac perſonis & Abbatis ſe prefatis ut de beneficio ſeu beneficiis hujusmodi interim etiam ante acceptationem hujusmodi niſi poſtquam eis conſtiterit quod tu vel procurator predictus illud vel illa noluerit acceptare, diſponere quoquo modo preſumant decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac Eccleſie vel Eccleſiarum in qua ſeu quibus beneficium ſeu beneficia hujusmodi forſan fuerit ſeu fuerint juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuscunque aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolice ſedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint etiam ſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus preterquam auctoritate noſtra hujusmodi beneficia expectantibus ut in beneficii ſeu beneficiorum hujusmodi aſſecutione volumus anteferri ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari, ſeu ſi Prepoſito Decano Scolaſtico Cantori Cuſtodi Capitulo Canonicis perſonis ac Abbatiſſe

 pre-

prefatis vel quibus modis aliis communiter vel divifim a dicta fit fede indultum quod ad receptionem vel provifionem alicujus minime teneantur & ad id compelli non poffint quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis Ecclefiafticis ad eorum collationem provifionem prefentationem eleccionem feu quamvis difpofitionem conjunctim vel feparatim fpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoftolicas non facientes plenam & expreffam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia dicte fedis indulgentia generali vel fpeciali cujuscunque tenoris exiftat per quam prefentibus non expreffam vel totaliter non infertam effectus hujusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri & de quo cujusque toto tenore habenda fit in noftris litteris mentio fpecialis aut fi prefens non fueris ad preftandum de obfervandis ftatutis & confuetudinibus Ecclefie vel Ecclefiarum in qua feu quibus beneficium vel beneficia hujusmodi fuerit feu fuerint ut prefertur folitum vel folita juramentum vel juramenta dummodo in abfentia tua per procuratorem ydoneum & cum ad Ecclefiam five ad Ecclefias hujusmodi acceffeтis, corporaliter illud vel illa preftes, quodque ad obtinendum cum cura beneficium hujusmodi in premiffa pateris etate defectum in illius anno predicto conftitutus ut prefertur, feu fi hodie pro alio vel aliis fuper equali vel equalibus gratia feu gratiis diffimili vel fimilibus beneficio vel beneficiis ad collationem provifionem prefentacionem eleccionem feu quamvis aliam difpofitionem Prepofiti Decani

Sco-

Scolaſtici Cantoris Cuſtodis Capituli Canonicorum & perſonarum ac Abbatiſſe predictarum communiter vel diviſim pertinente ſeu pertinentibus litteras noſtras duxerimus concedendas, nos enim tam illas quam preſentes effectum ſortiri volumus quacunque conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante. Et inſuper tecum ut quam primum viceſimum tercium ejusdem etatis annum attigeris cum cura beneficium hujusmodi ſi tibi vigore preſentium conferatur recipere & retinere libere & licite valeas de facto predicto ac Lateranenſis Concilii & quibusvis aliis Apoſtolicis conſtitutionibus & ordinationibus nec non ſtatutis & conſuetudinibus ſupradictis ceterisque contrariis nequaquam obſtantibus auctoritate Apoſtolica tenore preſentium de ſpecialis dono gratie diſpenſamus, proviſo quod cum cura beneficium hujusmodi debitis propterea non fraudatur obſequiis & animarum cura in eo nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre reſervationis inhibitionis, conſtitutionis, diſpenſationis ac voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* anno Incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo decimo octavo Kalendas Julii Pontificatus noſtri anno primo.

Harum litterarum executio per alias ejusdem *Nicolai V.* PP. litteras demandata ejusdem fere tenoris eſt ac illa *Pauli* PP. quam ſupra dedimus anno 1465.

IX.

RESERVATIO CANONICATVVM A PAVLO II. FACTA.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Johanni Derdinger* de *Wertheim* Canonico Eccleſie ſancti *Johannis* in *Haugis* extra muros Herbipolenſes Decretorum Doctori ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Litterarum ſcientia vite ac morum honeſtas aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales, volentes itaque tibi premiſſorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam ſed de noſtra mera liberalitate unum ſancti *Johannis in Haugis* extra muros Herbipolenſes & alium ſancti *Petri Frideslarienſis* Magunt. Diocefis eccleſiarum Canonicatus cum plenitudine juris Canonici Apoſtolica tibi auctoritate conferimus & de illis etiam providemus, unum vero ſancti *Johannis* & alium ſancti *Petri* predictarum prebendas ac dignitatem perſonatum adminiſtrationem vel officium alterius earumdem eccleſiarum etiamſi ad illam illum vel illud conſueverit quis per electionem aſſumi eisque cura immineat animarum, dummodo dignitas ipſa in aliqua eccleſiarum predictarum principalis non exiſtat, ſi qui vel ſi qua vacant ad preſens aut cum ſimul vel ſucceſſive vacaverint que tu per te vel procuratorem tuum ad hoc le-

legitime conſtitutum infra unius menſis ſpatium poſtquam tibi vel eidem procuratori vacatio illorum innotuerit duxeris acceptandas acceptandos vel acceptanda conferendas conferendos vel conferenda tibi poſt acceptationem hujusmodi cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis donationi Apoſtolice reſervamus diſtrictius inhibentes Venerabilibus fratribus noſtris Archi Epiſcopo Maguntino & Epiſcopo Herbipolenſi nec non dilectis filiis dictarum Eccleſiarum Capitulis ac illi vel illis ad quem vel ad quos in eisdem Eccleſiis prebendarum ac dignitatum perſonatuum adminiſtrationum & officiorum collatio proviſio preſentatio electio ſeu quevis alia diſpoſitio communiter vel diviſim pertinet ne de illis contra reſervationem noſtram hujusmodi diſponere quoquomodo preſumat ac decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac de certo Canonicorum numero ac aliis predictarum Eccleſiarum ſtatutis & conſuetudinibus juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscunque aut ſi aliqui apoſtolica vel alia quavis auctoritate in eisdem eccleſiis in Canonicos ſint recepti vel ut recipiantur inſiſtant ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & prebendis dignitatibus perſonatibus adminiſtrationibus vel officiis ipſarum Eccleſiaeum ſpeciales vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in aliis partibus generales Apoſtolice ſedis vel legatorum ejus literas impe-

 tra-

trarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem & decretum & alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in dictis Ecclesiis receptos ac prebendas dignitates personatus administrationes vel officia in eisdem expectantes te in prebendarum ac dignitatis personatus administrationis vel officii hujusmodi assecutione volumus anteferri sed nullum per hoc eis quoad executionem canonicatuum & prebendarum ac dignitatum personatuum administrationum vel officiorum seu beneficiorum aliorum prejudicium generare aut si Archi Episcopo Episcopo & Capitulis prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sede sit indultum quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneamur & ad id compelli non possint, quodque de canonicatibus & prebendis ac dignitatibus personatibus administrationibus vel officiis dictarum Ecclesiarum vel aliis beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque valoris tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cujusque toto tenore habenda sit in litteris nostris mentio specialis, seu si presens non fueris ad prestan-

ſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus dictarum Eccleſiarum ſolita juramenta dummodo in abſentia tua per procuratorem ydoneum & cum ad Eccleſias ipſas acceſſeris corporaliter illa preſtes aut ſi hodie pro alio vel aliis ſuper equali vel equalibus gratia ſeu gratiis in dictis Eccleſiis litteras noſtras duxerimus concedendas, nos enim tam illas quam preſentes effectum ſortiri volumus quacunque conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtre collationis proviſionis reſervationis inhibitionis conſtitutionis & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hec attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* Anno incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto. Kalendis Aprilis Pontificatus noſtri anno primo.

X.

EXECVTORES PRÆDICTÆ RESERVATIONIS PAVLVS II. PP. CONSTITVIT.

P*aulus* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Cancellario Eccleſie Carnotenſis ac Maguntino ac Herbipolenſi Officialibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie dilecto filio *Johanni Derdinger* de *Wertheim* Canonico ſancti *Johannis in Haugis* extra muros Herbipolenſes Decretorum

torum Doctori specialem gratiam facere volentes motu proprio unum predicte & alium sancti *Petri Fritzlariensis* Maguntinensis Diocesis Ecclesiarum Canonicatus cum plenitudine juris Canonici Apostolica auctoritate sibi contulimus & de illis etiam providimus, unam vero sancti *Johannis* & aliam sancti *Petri* predictarum prebendas ac dignitatem personatum administrationem vel officium alterius earumdem Ecclesiarum etiam si ad illam illum vel illud consuevisset quis per electionem assumi eique cura immineret animarum, si que si qui vel si qua vacabant tunc aut cum simul vel successive vacarent quas quos seu que dictus Johannes se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra certi tunc expressi temporis spatium acceptaret, conferendas conferendos seu conferenda eidem *Johanni* post acceptationem hujusmodi cum omnibus juribus & pertinentiis suis Donationi Apostolice reservamus prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, Quocirca Discretioni vestre motu simili per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum si & postquam dicte littere vobis presentate fuerint per vos vel alium seu alios faciatis auctoritate nostra eundem Johannem vel procuratorem suum ejus nomine in dictis Ecclesiis in Canonicum recipi & in fratrem stallo sibi in Choro & loco in Capitulo utriusque Ecclesiarum earundem cum dicti juris plenitudine assignatis, prebendas vero & dignitatem personatum administrationem vel officium hujusmodi si vacant vel cum vacaverint ut prefertur, eidem Johanni

post

poſt acceptationem predictam cum omnibus juribus & pertinentiis ſupradictis eadem auctoritate concedimus conferre & aſſignare curetis inducendo eum vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem prebendarum ac dignitatis perſonatus adminiſtrationis vel officii juriumque & pertinentiarum predictorum & defendendo inductum ac faciendo ipſum *Johannem* vel dictum procuratorem pro eo ad dignitatem, perſonatum adminiſtrationem vel officium hujusmodi ut eſt moris admitti ſibique de illius ac Canonicatuum & prebendarum predictarum fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis integre reſponderi, non obſtantibus omnibusque in dictis litteris volumus non obſtare, ſeu ſi Venerabilibus fratribus noſtris Archi Epiſcopo Maguntino & Epiſcopo Herbipolenſi ac dilectis filiis Eccleſiarum predictarum Capitulis vel quibusvis aliis communiter vel diviſim a ſede Apoſtolica indultum exiſtat quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* Anno incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto Kalendis Aprilis Pontificatus noſtri Anno primo.

Superſunt quam plurima gratiarum ejusmodi expectativarum & executorialium ſub diverſis Pontificibus datarum exemplaria; cum vero ejusdem vix non ſint tenoris, ea in tenebris relinquentes ad alia convertimus.

XI.

XI.

CONTROVERSIA CVM VICARIO FRIDESL. APOSTOLICE PROVISO DIRIMITVR.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis sancti *Severini* Coloniensis & sancti *Severi* Decanis ac Scolastico beate *Marie* Erffordensis Magunt. Dioc. Ecclesiarum salutem & Apostolicam benedictionem. Petitio dilecti filii *Johannis Hapelonis* perpetui Vicarii ad altare sancti *Johannis Baptiste* situm in Ecclesia sancti *Petri* Fritzlariensi Magunt. Dioc. nobis exhibita continebat quod licet olim ipse perpetuam vicariam ad altare predictum tunc per obitum quondam *Dytmari Ywani* perpetui vicarii ad altare prefatum extra Romanam curiam defuncti vacantem vigore quarumdam litterarum Apostolicarum gratiose sibi concessarum prout ex ipsarum forma poterat infra tempus legitimum acceptasset & de illa sibi provisum fuisset canonice ipseque Johannes vigore gratie acceptationis & provisionis predictarum eamdem vicariam assecutus illam aliquamdiu tenuisset & possedisset & tunc etiam teneret & possideret pacifice & quiete tamen postea *Johannes Theoderici* qui se gerit pro Clerico dicte Diocesis false asserens eandem vicariam ad se spectare nec non gratie acceptioni & provisioni ac assecutioni hujusmodi contra justitiam se opponens eundem *Johannem Hapelonis* dicta vicaria & ejus possessione de facto spoliavit illamque occupavit & detinuit prout detinet indebite occupa-

tam

tam fructus percipiendo ex eadem, ortaque propterea inter *Johannem Hapelonis* & *Johannem Theoderici* predictos super eadem Vicaria & ejus occasione materia questionis felicis recordationis *Bonifacius* Papa VIII. Predecessor noster ad instantiam dicti *Johannis Theoderici* asserentis quod ipse propter potentiam *Johannis Hapelonis* predicti non sperabat se posse in partibus illis consequi justitie complementum nec ipsum *Johannem Hapelonis* in eisdem partibus tute facere citari dilecto filio Magistro *Johanni Saczcow* Cappellano sedis Apostolice & Auditori causarum palatii Apostolici causam hujusmodi quam idem *Johannes Theoderici* contra eundem *Johannem Hapelonis* super dicta vicaria & ejus occasione movere intendebat audiret & fine debito terminaret non obstante quod causa ipsa de sui natura ad eandem curiam legittime devoluta & apud eandem tractanda & finienda non esset & se de premissis summarie informaret & si per informationem hujusmodi inveniret eundem *Johannem Hapelonis* tute in dictis partibus ut prefertur, citari non posse, ipsum *Johannem Hapelonis* per edictum publicum portis dicti palatii & locis publicis eisdem partibus vicinis affigendum citaret quociens opus esset ac noluit idem predecessor quod citatio ipsa dictum *Johannem Hapelonis* perinde arctaret ac si ei presentialiter & personaliter intimata fuisset idemque auditor per eum super hac informatione recepta quia per informationem hujusmodi ut dicebat reperit quod dictus *Johannes Hapelonis* in eisdem partibus tute citari non poterat eundem *Johannem Hapelonis*

per

per dictum publicum portis predictis & in quibusdam locis tunc expressis dictis partibus vicinis affixum ad instantiam dicti *Johannis Theoderici* citari fecit ut coram eo certo peremptorio competenti termino tunc expresso cum omnibus actis juribus & munimentis suis causam hujusmodi contingentibus in eodem palatio compareret ad procedendum in causa hujusmodi ad singulos actus necessarios usque ad diffinitivam sententiam inclusive prout existeret rationis, in quo quidem termino Magister *Hartungus Molitoris* de *Cappel* procurator dicti *Johannis Theoderici* coram eodem auditore in judicio comparens & de citatione predicta eidem Auditori fidem faciens per legitima documenta predicti *Johannis Hapelonis* non comparentis contumaciam accusavit prefatusque auditor perperam in hujusmodi causa procedens diffinitivam per quam dictam vicariam *Johanni Theoderici* adjudicavit & super ea *Johanni Hapelonis* predicto perpetuum silentium imposuit sententiam promulgavit iniquam & successive pro parte dicti *Johannis Hapelonis* prefato predecessori exposito quod ipse non absque fraudis comento eandem citationem reportasset quodque licet ipse *Johannes Hapelonis* temporibus quibus commissio citatio & executio hujusmodi emanarunt apud Ecclesiam sancti *Petri Iecbeburgensi* predicte Diocesis notorie moram traheret ad quam dictus *Iohannes Theoderici* potuisset tute accessisse ipsumque ibidem comode citasse si voluisset ipse tamen *Iohannes Theoderici* ne dicta citatio ad ejusdem *Iohannis Hapelonis* notitiam deveniret citationem predictam in duobus

locis

locis tunc expreſſis non vicinis quorum unus a ſanӕti *Petri* Fritzlarienſi ultra quatuor & alter a Sanӕti *Petri* jecheburgenſi Eccleſiis predictis ultra ſex dietas notorie diſtant extra predictam Dioceſin doloſe publicari ſeu exequi fecerat ac dictam ſententiam prefato *Iohanne Hapelonis* abſente ab eadem curia continuo interim quod dicta cauſa pendit in eadem & eandem cauſam taliter tunc pendentem ignorante quodque ipſe *Iohannes Hapelonis* infra decendium a tempore notitie predicte ſibi in eisdem partibus facte ab eadem ſententia ad ſedem appellavit eandem licet infra decendium ab eadem ſententia poſtquam lata fuerat propter abſentiam & ignorantiam predictas appellare neglexiſſet prefatus predeceſſor Venerabili fratri noſtro *Nicolao* Epiſcopo Ferentinatenſi qui tunc locum unius ex auditoribus cauſarum Palatii predicti de ipſius predeceſſoris mandato tenebat inter alia commiſit dictam appellationis cauſam in eisdem partibus ut premittitur interpoſite audiret & fine debito terminaret ac ſi infra dictum decendium a tempore predicte late ſententie appellatio prefata legitime interpoſita extitiſſet ac partibus ipſis juſtitiam miniſtraret, coram quo *Hartungo* per eundem *Iohannem Theoderici* de novo conſtituto & *Iohanne Hapelonis* predictis in judicio comparentibus & per eundem *Iohannem Hapelonis* quodam dato libello ac de calumnia & veritate dicenda in preſentia ipſius Epiſcopi preſtito juramento eodem *Hartungo* tunc aliquem libellum dare & predictum juramentum preſtare non curante pro parte ſua in hujusmodi cauſa in certis terminis ad hec datis prefatus Epiſcopus

Iohanni Hapelonis & *Hartungo* predictis coram eo in judicio constitutus ad dandum & dari videndum hinc inde positiones & articulos si quos dare vellent in causa hujusmodi certum terminum peremptorium assignavit in quo predictus *Iohannes Hapelonis* coram eodem Episcopo in judicio comparens predicti *Hartungi* non comparentis contumaciam accusavit & in ejus contumaciam nonnullas positiones & articulos pro parte sua in hujusmodi causa dedit & deinde dictus *Hartungus* coram eodem Episcopo in judicio comparens contra articulos partis sibi adverse predictos quasdam exceptiones dedit ac successive *Iohanne Hapelonis* & *Hartungo* predictis coram eodem Episcopo in judicio comparentibus & per quemlibet eorum nonnullis litteris Apostolicis instrumentis publicis absque juribus & munimentis quibus uti noluit pro parte sua in hujusmodi causa productis in certis terminis ad hec datis tandem *Iohanne Hapelonis* & *Iohanne Theoderici* predictis coram eodem Episcopo in judicio comparentibus dictoque *Iohanne Theoderici* protestante quod per hunc vel alium sue comparitionis actum quem faceret in causa ipsa procuratores suos revocare minime intendebat & per quemlibet eorundem *Iohannis Hapelonis* & *Iohannis Theoderici* contra producta partis sibi adverse predicta quibusdam exceptionibus datis pro parte sua in hujusmodi causa in dicto termino ad hoc prefixo subsequenter vero predicto predecessore sicut Domino placuit vita functo Nos divina favente Clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti omnibus auditoribus causarum di-

cti

cti palatii commisimus ut omnes & singulas causas quas ex commissionibus dicti predecessoris audiebant in eo statu in quo tempore hujusmodi obitus predecessoris ejusdem coram eis remanserant resumerent ipsasque ulterius audirent & fine debito terminarent juxta tenores commissionum factarum eisdem & deinde Magistro *Iohanne Ulsen* procuratore dicti *Iohannis Hapelonis* & eodem *Hartungo* coram dicto Episcopo in judicio comparentibus ac voluntarie in causa hujusmodi concludi petentibus prefatus Episcopus cum eisdem *Iohanne Ulsen* & *Hartungo* in hujusmodi causa concludentibus conclusit & habuit pro concluso in certo termino ad hoc statuto ut successive *Iohanne Ulsin* & *Hartungo* predictis coram eodem Episcopo in judicio comparentibus ac diffinitivam sententiam in causa hujusmodi ferri petentibus in certa die ad hoc prefixa prefatus Episcopus visis & diligenter inspectis omnibus & singulis actis actitatis habitis & productis in causa hujusmodi ipsisque cum diligentia recensitis & examinatis ac facta super hiis omnibus auditoribus causarum dicti palatii relatione plenaria & fideli de ipsorum auditorum consilio & assensu per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit decrevit & declaravit prout hec omnia in eodem libello petita fuerant per eundem auditorem Johannem in causa hujusmodi male fuisse & esse processum sententiatum & diffinitum dictamque sententiam revocandam fore & revocavit & pro parte dicti *Iohannis Hapelonis* ab eadem sententia bene fuisse & esse appellatum nec non gratiam acceptationem & provi-

sionem ac assecutionem predictas fuisse & esse canonicas suumque debuisse & debere sortiri effectum dictamque vicariam ad dictum *Iohannem Hapelonis* spectasse & pertinuisse ac spectare & pertinere de jure sibique cum omnibus juribus & pertinentiis suis adjudicandam fore & adjudicavit dictoque *Iohanni Theoderici* in dicta Vicaria seu ad eam nullum jus competiisse neque competere dictumque *Iohannem Theoderici* ab occupatione & detentione dicte vicarie amovendum fore & amovit prefatumque *Iohannem Hapelonis* ad corporalem possessionem ejusdem vicarie reinducendum fore & re induxit oppositionesque & impedimenta predicta fuisse & esse temeraria illicita & injusta ac de facto presumpta dictoque *Iohanni Theoderici* super oppositionibus & impedimentis ac vicaria predictis perpetuum silentium imponendum fore & imposuit ipsumque *Iohannem Theoderici* in fructibus ex dicta vicaria a tempore mote litis hujusmodi coram eo citra perceptis condemnandum fore & condemnavit, a qua quidem sententia dicti Episcopi pro parte prefati *Iohannis Theoderici* fuit ad sedem appellatum eandem Nosque causam appellationis ab eadem sententia dicti Episcopi interposite dilecto filio Magistro *Ade Usk* Capellano nostro & auditori causarum palatii predicti audiendam commisimus & fine debito terminandam coram quo *Iohanne Ulsen* & *Hartungo* predictis in judicio comparentibus & per quemlibet eorum quodam dato libello ac de calumnia & veritate dicenda per ipsos in presentia dicti *Ade* auditoris prestitis juramentis traditisque hinc inde

qui-

quibusdam positionibus & articulis & contra illos aliquas exceptiones dare non curantibus ac nonnullis litteris Apostolicis instrumentis publicis aliisque juribus & munimentis quibus ut voluerint hinc inde productis pro parte sua in causa hujusmodi in terminis ad hoc statutis prefatus *Adam* auditor ad instantiam predicti *Iohannis Ulsen* eundem *Hartungum* ad dicendum contra producta partis sibi adverse predicta quidquid vellet nec non ad concludendum & concludi videndum in causa hujusmodi vel dicendum causam rationabilem quare in ea concludi non deberet per quosdam cursores nostros successive citari fecit ad certos terminos peremptorios competentes in quibus predicto Johanne Ulsen coram eodem *Adam* auditore in judicio comparente & predicti *Hartungi* non comparentis contumaciam accusante & in ejus contumaciam in hujusmodi causa concludi petente prefatus *Adam* auditor reputans eundem *Hartungum* quo ad hoc prout erat, merito contumacem, in ejus contumaciam cum dicto Johanne Ulsen in causa hujusmodi concludente conclusit & habuit pro concluso in dicto termino ad hoc dato & ad ejusdem *Iohannis Ulsen* instantiam prefatum *Hartungum* ad sua in causa hujusmodi diffinitivam sententiam audiendam per quemdam Cursorem nostrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem in qua predicto *Iohanne Ulsen* coram eodem *Adam* Auditore in judicio comparente & predicti *Hartungi* non comparentis contumaciam accusante & in ejus contumaciam sententiam ipsam ferri petente memoratus *Adam* Auditor

 repu-

reputans eundem *Hartungum* quoad actum hujusmodi pro ut erat, merito contumacem in ejus contumaciam visis & diligenter inspectis omnibus & singulis actis actitatis habitis & productis in causa hujusmodi ipsisque cum diligentia recensitis & examinatis ac facta super hiis coauditoribus suis omnibus causarum dicti palatii relatione plenaria & fideli de ipsorum coauditorum consilio & assensu per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit decrevit & declaravit per eundem Episcopum in Causa hujusmodi bene fuisse & esse processum sententiatum & diffinitum ipsiusque sententiam confirmandam fore & confirmavit ac pro parte dicti *Iohannis Theoderici* ab eadem sententia predicti Episcopi male fuisse & esse appellatum ipsumque *Iohannem Theoderici* in expensis coram eo in causa hujusmodi legitime factis condemnandum fore & condemnavit ipsarum expensarum taxatione sibi imposterum reservata cumque pro parte dicti *Iohannis Theoderici* ab eadem sententia predicti *Ade* auditoris ad sedem foret appellatum eandem, nos causam ultime appellationis hujusmodi dilecto filio Magistro *Nicoldo Vordis* Capellano nostro & Auditori causarum palatii predicti audiendam commisimus & fine debito terminandam & cum postea dictus *Nicolaus* auditor egrotaret nos eidem Johanni auditori commisimus ut causam eandem quo usque predictus *Nicolaus* auditor convalesceret, audiret, qui ad instantiam dicti *Iohannis Ulsen* coram eo in judicio comparentis eundem *Hartungum* ad dandum & recipiendum libellum in causa hujusmodi per quem-

dam

dam curſorem noſtrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem in quo dictus *Johannes Ulſen* coram eodem auditore in judicio comparens predicti *Hartungi* non comparentis contumaciam accuſavit & in ejus contumaciam quemdam libellum pro parte ſua in cauſa hujusmodi dedit & deinde predictis *Johanne Ulſen* & *Hartungo* coram eodem Johanne Auditore in judicio comparentibus & per eundem *Johannem Ulſen* de calumnia & de veritate dicenda in ipſius *Johannis* Auditoris preſentia preſtito juramento eodem *Hartungo* tunc predictum juramentum preſtare non curante pro parte ſua in cauſa hujusmodi in certo termino ad hoc dato & deinde prefatus *Nicolaus* Auditor poſtquam convaluit ad inſtantiam predicti *Johannis Ulſin* eundem *Hartungum* ad dandum & per alteram partem dari videndum poſitiones & articulos ſi quos dare vellet in cauſa hujusmodi per quemdam curſorem noſtrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem in quo dictus *Johannes Ulſen* coram eodem *Nicolao* Auditore in judicio comparens predicti *Hartungi* non comparentis contumaciam accuſavit & in ejus contumaciam nonnullas poſitiones & articulos pro parte ſua in hujusmodi cauſa dedit prefatusque *Nicolaus* auditor ad inſtantiam predicti *Johannis Ulſin* eundem *Hartungum* ad reſpondendum dictis poſitionibus & dicendum contra eosdem articulos quicquid vellet nec non ad producendum & per alteram partem produci videndum omnia jura & munimenta quibus partes ipſi uti vellens in cauſa hujusmodi per

 quos-

quosdam curſores noſtros ſucceſſive citari fecit ad certos terminos peremptorios competentes in quibus dictus *Iohannes Ulſen* coram eodem *Nicolao* auditore in judicio comparens predicti *Hartungi* non comparentis contumaciam accuſavit & in éjus contumaciam nonnullas litteras apoſtolicas inſtrumenta publica aliaque jura & munimenta quibus pro parte ſua in hujusmodi cauſa uti voluit produxit in dicto termino ad hoc dato prefatusque *Nicolaus* auditor ad inſtantiam predicti *Iohannis Ulſen* eundem *Hartungum* ad dicendum contra hujusmodi producta quicquid vellet, nec non ad concludendum & concludi videndum in cauſa hujusmodi vel dicendum cauſam rationabilem quare in ea concludi non deberet per quosdam curſores noſtros ſucceſſive citari fecit ad certos terminos peremptorios competentes in quibus dicto *Iohanne Ulſen* coram eodem Nicolao auditore in judicio comparente & predicti *Hartungi* non comparentis contumaciam accuſante & in ejus contumaciam in hujusmodi cauſa concludi petente in certo termino ad hoc dato prefatus *Nicolaus* auditor reputans eundem *Hartungum* quo ad actum hujusmodi prout erat merito contumacem in ejus contumaciam cum dicto *Iohanne Ulſen* in hujusmodi cauſa concludente concluſit & habuit pro concluſo & ad inſtantiam predicti *Iohannis Ulſen* predictum *Hartungum* ad ſuam in cauſa hujusmodi diffinitivam ſententiam audiendam per quemdam curſorem noſtrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem in qua predicto *Iohanne Ulſen* coram eodem *Nicolao* auditore in judicio

com-

comparente & predicti *Hartungi* non comparentis contumaciam accusante & in ejus contumaciam sententiam ipsam ferri petente memoratus *Nicolaus* Auditor reputans eundem *Hartungum* quo ad actum hujusmodi prout erat merito contumacem in ejus contumaciam visis & diligenter inspectis omnibus & singulis actis actitatis habitis & productis in causa hujusmodi ipsisque cum diligentia recensitis examinatis ac facta super hiis omnibus coauditoribus suis dicti palatii relatione plenaria & fideli de ipsorum coauditorum consilio & assensu per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit decrevit & declaravit per eundem *Adam* Auditorem in causa hujusmodi bene fuisse & esse processum sententiatum & diffinitum ipsamque sententiam ipsius *Adæ* auditoris confirmandam fore & confirmavit ipsumque Johannem *Theoderici* in fructibus ex dicta vicaria a tempore dicte late sententie ipsius *Ade* auditoris perceptis & in expensis coram eo in causa hujusmodi legitime factis condemnandum fore & condemnavit ipsarum expensarum taxatione sibi imposterum reservata & successive prefatus *Adam* Auditor ad instantiam dicti *Iohannis Ulsen* eundem *Hartungum* ad videndum taxari expensas hujusmodi coram eo in causa hujusmodi factas per quendam Cursorem nostrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem in quo predicto *Iohanne Ulsen* coram eodem Adam auditore in judicio comparente ac predicti *Hartungi* non comparentis contumaciam accusante & in ejus contumaciam expensas ipsas taxari petente prefatus *Adam*

auditor reputans eundem *Hartungum* quo ad actum hujusmodi prout erat merito contumacem in ejus contumaciam predictas expensas in viginti & successive dictis *Iohanne Ulsen* & *Hartungo* coram eodem *Nicolao* auditore in judicio comparentibus, dictoque *Iohanne Ulsen* expensas predictas coram eodem *Nicolao* auditore ut premittitur factas taxari petente in termino ad hoc dato memoratus *Nicolaus* auditor predictas expensas in decem & octo florenis auri de Camera boni & justi ponderis provida moderatione taxavit predicti *Iohannis Ulsen* super expensis ipsis juramentis secutis prout in instrumentis publicis inde confectis eorumdem Episcopi *Adæ* & *Nicolai* auditoris sigillis munitis dicitur plenius contineri. Nos itaque predicti *Iohannis Hapelonis* supplicationibus inclinati que super hiis ab eisdem Episcopo *Adam* & *Nicolao* auditoribus provide facta sunt rata habentes & grata dictasque sententias eorumdem Episcopi *Adæ* & *Nicolai* auditorum auctoritate Apostolica confirmantes Discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios premissam executionem debite demandantes eundem *Iohannem Hapelonis* vel procuratorem suum ejus nomine ad corporalem possessionem vicarie juriumque & pertinentiarum predictarum amoto exinde dicto *Iohanne Theoderici* auctoritate nostra restituatis & reintegretis ipsumque restitutum & reintegratum juxta juris exigentiam defendatis facientes ipsum *Iohannem Hapelonis* dicte vicarie pacifica possessione gaudere sibique de ipsius vicarie fru-

ctibus

ctibus redditibus proventibus juribus & obventionibus universis integre responderi ac de predictis perceptis fructibus & florenorum summis predictis expensis juxta predictorum instrumentorum eorum condemnationum & taxationum tenores plenam & debitam satisfactionem impendi Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum* VIII. Kal. Maji Pontificatus nostri anno secundo.

XII.

LITTERÆ EXECVTORIÆ PRÆCEDENTIVM.

Reverendo in Christo Patri & Domino Dño Dei & Apostolice sedis gratia Archi Episcopo Maguntino vestrisque in spiritualibus & temporalibus vicariis seu Officialibus Generalibus nec non Venerabilibus viris Dñis Capitulo singulisque Canonicis & personis Ecclesie sancti *Petri* Fritzlariensis Mag. Dioc. ac illi vel illis ad quem vel ad quos perpetue vicarie ad Altare sancti *Johannis Baptiste* situm in Ecclesia sancti *Petri* Fritzlariensis predicti collatio provisio presentatio seu quevis alia dispositio pertinet communiter vel divisim & presertim tibi *Johanni Theoderici* pro Clerico dicte Magunt. Dioc. te gerenti in dicta perpetua vicaria intruso nec non universis & singulis Censuariis Colonis vindemiatoribus agricoltoribus terrarumque bonorum pratorum

torum agrorum & nemorum dicte perpetue vicarie Arrendatoribus ſeu decenteribus omnibusque aliis & ſingulis quorum intereſt vel intererit aut quos infra ſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus cenſeantur & quacunque prefulgeant dignitate *Gerlacus Heriberti* de *Eſch* Decanus Eccleſie ſancti *Severini* Colonienſis executor ad infraſcripta a ſede Apoſtolica una cum infra ſcriptis noſtris in hac parte Collegis cum illa clauſula *quatenus vos vel duo aut unus veſtrum &c.* ſpecialiter deputatus ſalutem in Domino & mandatis noſtris hujusmodi ymo verius Apoſtolicis firmiter obedire. Litteras executorias ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dñi *Innocentii* Divina providentia Pape ſeptimi ejus vera bulla plumbea in cordula Canapis impendente bullatas trium diffinitivarum ſententiarum per certos ſacri palatii Apoſtolici cauſarum auditores pro honorabili viro Dño *Iohanne Hapelonis* Clerico dicte Dioceſis & contra te *Iohannem Theoderici* occaſione dicte perpetue vicarie conformiter latarum unacum inſtrumentis publicis dictarum ſententiarum deſuper confectis per notarios publicos ſubſcriptos & publicos ac ſigillatas ſanas & integras non viciatas non Cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes nobis pro parte dicti Domini *Iohannis Hapelonis* principalis in dictis litteris Apoſtolicis principaliter nominati coram notario publico & teſtibus infraſcriptis preſentatas nos reverenter ut decuit noveritis recepiſſe, poſt quarum quidem

dem

dem litterarum Apoſtolicarum preſentacionem & receptionem nobis & per vos ut premittitur factas ſumus pro parte ejusdem Domini *Iohannis Hapelonis* principalis debita cum inſtantia requiſiti quatenus ad executionem dictarum litterarum Apoſtolicarum executoriarum & contentorum in eisdem procedere dignaremur juxta traditã ſeu directã a ſede Apoſtolica nobis formam. Nos igitur *Gerlacus* Decanus & executor prefatus volentes mandatum Apoſtolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi ut tenemur, idcirco auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte commiſſa prefatum Dominum *Iohannem Hapelonis* ad corporalem realem & actualem poſſeſſionem perpetue vicarie ad Altare ſancti *Iohannis Baptiſte* ſitum in Eccleſia ſancti *Petri* Fritzlarienſi juriumque & pertinentiarum predictarum reſtituimus & re integravimus ac tenore preſentium reſtituimus & re integramus, Que omnia & ſingula ſupra dicta vobis omnibus & ſingulis predictis ac veſtrum cuilibet intimamus inſinuamus & notificamus ac ad veſtram & cujuslibet veſtrum noticiam deducimus & deduci volumus per preſentes vosque & veſtrum quemlibet in ſolidum tenore preſentium requirimus & monemus primo ſecundo tertio & peremptorie vobisque nichilominus & veſtrum cuilibet in virtute ſancte obedientie & ſub infra ſcriptis ſententiarum penis diſtricte precipiendo mandamus quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt preſentationem ſeu notificationem preſentium vobis factas immediate ſequentium & poſtquam pro parte dicti Domini *Iohannis Hapelonis* ſu-

per

per hoc fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, quorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo & reliquos duos dies vobis universis & supradictis pro tertio & peremptorio termino ac Canonica monitione assignamus prefatum Dominum *Johannem Hapelonis* vel ejus procuratorem pro eo ad Corporalem realem & actualem possessionem vicarie juriumque & pertinentiarum predictorum recipiatis & admittatis & faciatis ab aliis quantum in vobis est recipi & admitti amoto exinde te *Johanne Theoderici* intruso & quolibet alio illicito detentore quem nos etiam quantum possumus ammovemus & denuntiatum ammotum prefatumque Domino *Johanni Hapelonis* vel dicto suo procuratori de ipsius perpetue vicarie fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus universis & non dicto *Johanni Theoderici* intruso integre respondeatis & faciatis ab aliis plenarie responderi promittentes prefatum Dnūm *Johannem Hapelonis* ipsius vicarie pacifica & quieta possessione gaudere, Rursus monemus & requirimus modo & forma supradictis te *Johannem Theoderici* intrusum tibi districtius precipiendo mandantes quatenus infra dictum sex dierum spatium possessionem ymo verius detentionem perpetue vicarie juriumque & pertinentiarum predictorum dimittas & te de ea de cetero nullatenus intromittas & nichilominus infra triginta dierum spatium post presentationem seu notificationem presentium tibi factas immediate sequentium & postquam pro parte dicti *Johannes Hapelonis* super hoc fueris requisitus, quorum quidem triginta

ginta dierum decem pro primo decem pro ſecundo & reliquos decem dies tibi pro tertio & peremptorio termino ac monitione Canonica aſſignamus prefato Domino *Iohanni Hapelonis* vel procuratori ſuo ad id ſufficiens mandatum habenti de fructibus ex dicta perpetua vicaria per te perceptis nec non de triginta octo florenis auri de camera boni & juſti ponderis ratione expenſarum in pretacta lite factarum & in quibus finaliter condempnatus exiſtis nec non de ſedecim ſimilibus florenis pro expenſis litterarum executoriarum ac preſentis noſtri proceſſus factis ad quos nos expenſas ipſas provida moderatione previa & taxamus per preſentes ſolito juramento deſuper ſubſecuto plenam & debitam ſatisfactionem impendas; monemus inſuper modo & forma premiſſis vos omnes & ſingulos ſupradictos & generaliter omnes alios & ſingulos cujuscunque ſtatus gradus ordinis vel conditionis exiſtant diſtrictius inhibentes ne prefato Domino *Iohanni Hapelonis* vel procuratori ſuo, quo minus dictam vicariam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis pacifice aſſequatur & valeat quiete poſſidere ac ſibi de ipſius vicarie fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis integre reſpondeatur & de dictis fructibus perceptis ac florenorum ſummis debita ſatisfactio impendatur ac omnia & ſingula ſupradicta ſuum debitum conſequantur & ſortiantur effectum impedimentum aliquos preſtetis ſeu preſtent per vos vel alium ſeu alios publice vel occulte quovis queſito colore nec impedientibus ipſum ſuper premiſſis in aliquo detis vel dent au-

xilium

xilium consilium vel favorem alioquin tam in dantes alteri quam recipientes dictam vicariam aut aliquod jus ad eam pertinens nec non in impedientes prefatum Dominum *Iohannem Hapelonis* vel procuratorem suum super premissis in aliquo ac in impedientibus ipsum dantes auxilium consilium vel favorem nec non in contradictores quoslibet & rebelles nisi infra dictum sex dierum spatium a contradictione rebellium auxilio consilio & favore ac impedimentis hujusmodi omnino destiteritis seu destiterint ac mandatis nostris hujusmodi ymo verius Apostolicis firmiter obediveritis seu obediverint ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc singulariter in singulos excommunicationis in Capitulum vero dicte Ecclesie sancti *Petri* suspensionis & in ipsam Ecclesiam sancti Petri Fritzlariensem interdicti sententias in hiis scriptis ferimus & etiam promulgamus, vobis vero Rdō Patri Dn̄o Archi Episcopo tantum ob reverentiam vestre Pontificalis dignitatis duximus deferendum, si contra premissa vel eorum aliquod feceritis per vos vel submissam personam publice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito sex dierum monitione Canonica ingressum Ecclesie interdicemus in hiis scriptis si vero interdictum hujusmodi per alios sex dies immediate sequentes vos simili monitione premissa suspendimus a divinis verum si prefatas interdicti & suspensionis sententias animo quod absit sustinuerit indurato per alios sex dies prefatos duodecim dies immediate sequentes vos ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc excommunicationis senten-

tia

tia immodamus, Ceterum cum ad executionem ulteriorem hujusmodi mandati Apoſtolici atque noſtri faciendam nequeamus quo ad preſens perſonaliter intereſſe aliis arduis in Romana curia prepediti negotiis univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus Prioribus Prepoſitis Decanis Archidiaconis Archipresbiteris Theſaurariis Cantoribus Canonicis tam Cathedralium quam collegiatarum parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus plebanis vice plebanis vicariis perpetuis altariſtis Notariis ſeu tabellionibus publicis ac clericis quibuscunque per civitatem & Dioceſin Magunt. ac alias ubilibet conſtitutis & eorum cuilibet in ſolidum ſuper ulteriori executione hujusmodi mandati apoſtolici atque noſtri facienda tenore preſentium committimus plenarie vices noſtras donec eas ad Nos duxerimus revocandas quibus & eorum cuilibet in virtute ſancte obedientie & ſub dicta excommunicationis pena quam in eos & eorum quemlibet ferimus in hiis ſcriptis niſi fecerint ea que mandamus diſtricte precipiendo mandantes quatenus infra trium dierum ſpatium poſtquam pro parte dicti Dñi *Iohannis Hapelonis* fuerint requiſiti ſeu alter eorum fuerit requiſitus immediate ſequentium quos eis & eorum cuilibet ſuper hoc pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica & omni dilatione aſſignamus ad Nos, Rdūm Patrem Dnūm Archi Epiſcopum ac Capitulum & alios predictos ut ad dictam Eccleſiam ſancti Petri aliasque perſonas & loca alia de quibus ac ubi quando & quociens viſum fuerit expedire perſonaliter accedant ſeu alter eorum accedat & pre-

ſatas litteras Apoſtolicas ac inſtrumenta & proceſſum noſtrum hujusmodi ac omnia & ſingula in eis contenta vobis omnibus & ſingulis prediĉtis intiment inſinuent & notificent ac fideliter publicari procurent ſeu alter eorum procuret reinducendo prefatum Dominum *Iohannem Hapelonis* ad corporalem poſſeſſionem vicarie juriumque & pertinentiarum prediĉtorum vel procuratorem ſuum ejus nomine ac defendant induĉtum amoto exinde diĉto *Iohanne Theoderici* intruſo & quolibet alio detentore quod etiam nos denuntiamus amoto prefatoque Dño *Iohanni Hapelonis* vel procuratori ſuo faciant de ipſius vicarie fruĉtibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis integre reſponderi & de diĉtis fruĉtibus perceptis ac florenorum ſummis debitam ſatisfaĉtionem impendi & generaliter omnia alia plenarie exequantur juxta traditam ſeu direĉtam a ſede Apoſtolica nobis formam ita tamen quod iidem ſubdelegati noſtri in prejudicium diĉti D. *Iohannis Hapelonis* nil valeant attemptare nec circa diĉtas per nos latas ſententias aliquid ſuſpendendo vel abſolvendo immutare & ſi contingat Vos ſuper premiſſis in aliquo procedere, de quo nobis poteſtatem reſervamus non intendimus propterea commiſſionem noſtram hujusmodi in aliquo revocare niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam fecimus mentionem per proceſſum aut aĉtum hujusmodi non intendimus propterea veſtris in aliquo prejudicare collegis quominus ipſi vel eorum alter in negotio hujusmodi procedere valeat prout ſibi viſum fuerit expedire prefatasque litte-

ras

ras Apoſtolicas & nunc noſtrum proceſſum volumus penes eundem D. *Johannem Hapelonis* vel procuratorem ſuum remanere & non per vos vel eorum aliquem contra ipſius voluntatem quomodolibet detineri, contrarium vero facientes prefatis noſtris ſententiis eo modo quo late ſunt ſubjacere volumus ipſo facto, mandantes tamen vobis copiam fieri de premiſſis ſi ea habere volueritis veſtris tamen ſumptibus & expenſis, abſolutionem vero omnium & ſingulorum qui prefatas noſtras ſententias vel aliarum aliquam incurrerint quoquomodo nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras litteras ſeu preſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtrum proceſſum in ſe continentes ſeu continens exinde fieri & per *Gerbardum* Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus ac ſigilli Venerabilis & circumſpecti Viri Dñi *Hermanni Dwerg* Decretorum Doctoris Prepoſiti Eccleſie ſancti *Lebvini* Daventrienſis Trajecten. Dioc. ac ſacri Palatii Apoſtolici Cauſarum auditoris cum proprio quo ad preſens careamus ſigillo fecimus appenſione communiri. Datum & actum *Rome* in domo habitationis noſtre hora veſperorum vel quaſi ſub anno a Nativitate Dñi Milleſimo quadringenteſimo ſexto indictione quarta decima die vero ſabbati decima menſis julii Pontificatus dicti Dñi noſtri *Innocentii PP. VII.* anno ſecundo preſentibus ibidem diſcretis viris Magiſtro *Henrico Bredbach.* . ſacri palatii apoſtolici cauſarum notarii & *Everbardo Jungbe*

 Cle-

Clerico Colonienſ. Dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Gerardus Cham Stenbus* Clericus Colon. Dioc. publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius quia predictarum litterarum executoriarum preſentationi & receptioni ſententiarum fulminationi ac aliis premiſſis una cum teſtibus prenominatis interſui, ideo hoc inſtrumentum publicum exinde confeci & ſubſcripſi ſignoque quo fungor apoſtolica auctoritate ac nomine meis conſuetis una cum appenſione ſigilli Ven. & circumſpecti Viri D. *Henrici Dwerg* S. Palatii Apoſtolici cauſarum auditoris quo prefatus D. executor ad preſens utitur ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum requiſitus.

XIII.

NEGOTIVM PERMVTATIONIS BENEFICIORVM QVINTVPLICIS A THEODERICO ARCH. EP. MOG. COMMITTITVR DECANO S. IOHANNIS MOG.

Venerabilibus ac circumſpectis viris Dominis Decano & Capitulo Eccleſie ſancti *Petri* Fritzlarienſis Mag. Dioc. ac illi vel illis ad quem vel ad quos in eadem canonicorum receptio & admiſſio prebendarum collatio proviſio preſentatio ſeu quevis alia diſpoſitio communiter vel diviſim ſpectat & pertinet omnibusque aliis & ſingulis quorum intereſt

eſt vel intererit quosque infraſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus cenſeantur & quacunque prefulgeant dignitate *Paulus phyl* Decanus Eccleſie ſancti *Iohannis* Magunt. commiſſarius ad infraſcripta a Rño in Chriſto Patre & Dño noſtro Dño *Theoderico* ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopo ſpecialiter deputatus ſalutem in Domino & noſtris hujusmodi ymo verius prelibati Dñi noſtri Archi Epiſcopi Magunt. firmiter obedire mandatis. Litteras Commiſſionis ejusdem Domini noſtri Archi Epiſcopi ejus vero ſigillo rotundo de cera viridi in preſſula pergamena impendente ſigillatas ſanas & integras non viciatas non cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione ut prima apparebat facie carentes nobis pro parte nobilis & venerabilis ac honorabilium Dominorum compermutantium infraſcriptorum in eisdem principaliter nominatorum preſentatas nos cum ea qua decuit reverentia recepiſſe noveritis hujusmodi ſub tenore. *Theodericus* Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius honorabili *Paulo Phyl* Decano Eccleſie ſancti *Iohannis* Magunt. devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. In negotio permutationis quam nobilis & honorabilis nobis in Chriſto devoti dilecti *Ditherus de Iſenburg* Comes in *Büdingen* Canonicus & prebendatus in Eccleſia Collegiata ſancti *Petri* noſtri opidi Fritzlarienſis noſtre dyoc. ex una, *Richardus Groſs* de *Merſſen* Rector altaris ſancti

&i *Georgii* Martiris siti in Capella beate *Elizabeth* domus Theutonicorum Magunt. ex altera, *Conradus Affe* de *Franckfurdia* Vicarius ad Altare sancte *Crucis* situm in Ecclesia sancti *Gangolffi* Magunt. ex tertia, *Tylemannus Pape* Vicarius in Ecclesia majori Magunt. ex quarta, *Bernhardus Groff* de *Morssen* altarista Altaris sancti *Petri* in Ecclesia parochiali ville *Budesheym* prope *Pingwiam* dicte nostre Dyoc. partibus ex quinta de jam dictis suis beneficiis invicem fieri desiderant dummodo ex justis & rationabilibus causis fiat nichilque symoniace pravitatis aut illicite pactionis interveniat aliudque canonicum non obsistat, super quo tuam conscientiam oneramus, discretioni tue in hac parte vices nostras committimus mandantes tibi sub debito tui officii, quatenus in dicto permutationis negotio etiam usque ad totalem ipsius consummationem previa ratione procedas servatis circa hec solemnitatibus debitis & consuetis faciendo quod decreveris nostra auctoritate ecclesiasticam per censuram firmiter observari, presentium sub sigilli nostri appensione testimonio litterarum. Datum *Aschaffenburg* die mensis septima Decembris Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo. Post quarum quidem litterarum commissionis Domini nostri Archi Episcopi Magunt. presentationem & receptionem nobis & per nos ut premittitur factas fuimus pro parte eorundem Dominorum compermutantium inibi nominatim descriptorum debita cum instantia requisiti, quatenus in hujusmodi permutationis negocio juxta earumdem vim litterarum formam

mam continentiam atque tenorem etiam usque ad totalem ipsius confirmationem procedere dignaremur. Nos igitur *Paulus* Decanus & Commissarius prefatus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam & consonam rationi dictique Rmi Dni nostri Archi Episcopi Maguntini nobis in hac parte directum mandatum reverenter exequi prout tenemur ac etiam juxta doctrinam Apostoli nemini cito manus imponere sed unicuique jus suum sanum & illesum conservare volentes de & super premissis publicum decrevimus proclamationis edictum, citantes nichilominus omnes & singulos sua communiter vel divisim interesse putantes, per idem publicum proclamationis edictum ad dicendum & opponendum quicquid verbo vel in scriptis contra hujusmodi permutationis negotium dicere sive opponere volebant, nosque de suo jure & interesse, si quod eis competeret seu quovis modo competere posset saltem legitime informaturi, nec non ad procedendum & per nos in hujusmodi permutationis negocio etiam usque ad totalem ipsius consummationem inclusive procedi videndum in certum peremptorium terminum competentem videlicet diem & horam infrascriptos, quibus quidem die & hora advenientibus comparuerunt coram nobis Venerabiles honorabiles ac discreti viri Domini *Johannes Specht de Bubenheym* Canonicus Maguntinensis, Venerabiles & Generosi Domini *Dyetheri de Isemburg* Comitis in *Büdingen* Canonici Ecclesie sancti *Petri* Fritzlariensis ex una, *Johannes Huneman* perpetuus in dicta Ecclesia majori Magun-

tina Vicarius *Tylemanni Pape* ſimiliter in eadem majori Maguntina etiam perpetui Vicarii ex altera, *Conradus Affe de Franckfurdia* vicarius perpetuus ad altare S. *Crucis* ſitum in Eccleſia S. *Gangolffi* Magunt. principalis principaliter pro ſe ipſo ex tertia, *Eberhardus Rumelfels* cauſarum in ſancta ſede Magunt. notarius juratus *Richardi Groſſ de Morſſen* Rectoris altaris Sti *Georgii* martiris ſiti in Capella beate *Elizabeth* domus Theutonicorum Magunt. ex quarta, Item *Hermannus Cleyn* ſimiliter cauſarum dicte ſedis notarius juratus *Bernhardi Groſſ* de *Morſſen* altariſte altaris S. *Petri* ſiti in parochiali Eccleſia ville *Budesheym* prope *Pingwiam* hinc inde Dominorum compermutancium prefatorum legitimi procuratores eorumque quibus ſupra procuratoriis ac pro ſe ipſo quinta ex partibus, nominibus prout de ipſorum hinc inde procurationum mandatis nobis legitime extitit & extat fides facta & proclamationis publicum edictum ac citationem annexam alias a nobis & noſtro auditorio decretum & emanatum in illis ubi opus & expediens fuerat & eſt locis de noſtro mandato legitime executum una cum ejus executionibus hujusmodi ut premittitur factis, facto realiter & in ſcriptis judicialiter reproduxerunt, citatorumque omnium & ſingulorum inibi contentorum non comparentium neque quicquam verbo vel in ſcriptis contra hujusmodi permutationis negotium dicere ſive opponere curantium contumaciam accuſarunt ipſosque contumaces reputari & in eorum contumaciam ſecum & cum ipſis in hujusmodi permutationis negocio ad ulte-

ulteriora eciam usque ad totalem ipſius conſummacionem incluſive juxta pre inſertarum Commiſſionis litterarum vim formam continentiam atque tenorem per nos procedi inſtanter petiverunt ac quivis eorum reproduxit accuſavit & debita cum inſtantia poſtulavit, Nos tunc Paulus Decanus & Commiſſarius prefatus citatos hujusmodi, ut prefertur, non comparentes neque ſe hujusmodi permutationi opponere volentes & curantes licet ſufficienter & ultra horam debitam expectantes reputavimus merito pro ut erant, id exigente juſtitia, contumaces & in eorum contumaciam eis viam de cetero ſe hujusmodi permutationi opponendi precluſimus & precludimus ac in eodem negocio permutationis ad ulteriora juxta prenarratæ Commiſſionis tenorem per nos procedendum fore decrevimus & decernimus per preſentes & quia permutationem eandem ex juſtis & rationabilibus cauſis fieri conſenſumque collatorum & patronorum aliorumque quorum intererat ad id accedere ac aliud Canonicum non conſtare comperimus nec non per Dominos *Conradum Affe* principalem in ipſius propriam, *Johannem Specht*, *Johannem Huneman*, *Eberhardum Rumelfels*, *Hermannum Cleyn* aliorum hinc inde principalium predictorum compermutancium legitimos procuratores prenominatos in eorumdem ſuorum principalium animas tactis per eos & eorum quemlibet in manibus noſtris & ad noſtrum mandatum ſcripturis ſacro ſanctis, quod in renunciatione, ceſſione, reſignatione & permutatione hujusmodi non intervenerit fraus, dolus, ſymonie labes aut aliqua alia

 illi-

illicita pactio seu corruptela ad sancta Dei Ewangelia corporaliter prestitis juramentis factisque per eosdem Dominos *Conradum Affe* principalem principaliter pro se ipso de Vicaria perpetua ad altare sancte *Crucis* situm in Ecclesia S. *Gangolffi* Magunt. *Johannem Specht* Dñi *Dyetheri de Isenburgh* de Canonicatu & prebenda in Ecclesia S. *Petri* Fritzlar. *Johannes Huneman Tylemanni* Pape de Vicaria perpetua in majori Ecclesia Magunt. *Eberhardus Rumelfels Richardi Groß* de *Morßen* de altari sancti *Georgii* martiris sito in Capella beate *Elizabeth* domus Theutonicorum Mogunt. & *Hermannus Cleyn Bernhardi Groß* de *Morßen* de altari S. *Petri* in parochiali Ecclesia ville *Budisheym* hinc inde beneficiis pretactis Dominorum hinc inde compermutancium prenominatorum hinc inde legitimorum procuratores prenarratos eorumque quibus supra procuratoriis nominibus & quemlibet ex causa permutationis hujusmodi fiende in manibus nostris resignationibus Nos *Conradus Affe* principalem de vicaria perpetua ad altare S. *Crucis* situm in Ecclesia S. *Gangolffi* ad vicariam perpetuam in majori Maguntina quam *Tylemannus Pape*, *Johannem Specht Dyetheri de Ysemburgh* de canonicatu & prebenda Ecclesie *Fritzlar.* ad altare S. *Georgii* martiris situm in Capella beate *Elizabeth* Domus Theutonicorum Magunt. quod *Richardus Groß* de *Morßen*, *Johannem Huneman Tylemanni Pape* de perpetua vicaria in majori Magunt. ad altare sancti *Petri* situm in parochiali Ecclesia ville *Büdisheim* quod *Bernhardus Groß*, *Eberhardum Rumelfels Richardi Groß* de

Mors-

Morſſen de altari ſancti *Georgii* Martiris ſito in Capella beate *Elizabeth* Domus Theutonicorum Magunt. ad Canonicatum & prebendam in Eccleſia ſancti *Petri* Fritzlar. quos *Dietherus de Iſenburgh* & *Hermannum Cleyn Bernhardi Groſſ de Morſſen* hinc inde Dominorum compermutantium predictorum legitimos procuratores prenarratos de Altari ſancti *Petri* de *Büdisheym* hinc inde beneficiis eorum proxime dictis, que obtinuerunt ad Vicariam perpetuam ad altare ſancte Crucis ſitum in Eccleſia Collegiata S. *Gangolffi* Magunt. beneficia pretacta quam *Conradus Affe* de *Franckfurdia* principales predicti huc uſque tenuerunt & poſſident in eorumdem ſuorum principalium perſonas ac vice verſa dictis Dominis Principalibus in eorundem ſuorum procuratorum perſona tranſtulimus & transferimus alterum in locum beneficii alterius ſurrogando, nec non dicto Domino *Richardo Groſſ* de *Morſſen* Canonicatum & prebendam quos olim Dñus *Dyetherus de Iſemburg* in eccleſia S. *Petri* Fritzlar. obtinebat cum plenitudine juris Canonici ac ſingulis aliis Dominis compermutantibus beneficia alia ad que per nos ut premittitur translati exiſtunt, cum omnibus juribus & pertinentiis eorundem conferimus & aſſignamus ac auctoritate Domini noſtri Archi Epiſcopi Maguntini predicti nobis commiſſa & qua fungimur in hac parte providimus in Dei nomine & providemus preſentium per tenorem ipſosque *Eberhardum Rumelfels* dicti Dñi *Richardi Groſſ* procuratorem ac in ejus perſona de dictis Canonicatu & prebenda in Eccleſia ſancti *Petri* Fritzlarienſi ac ſingu-

ſingulos alios Dños compermutantes de beneficiis antedictis ad que per nos ſunt translati per bireti noſtri capitis capitibus ipſorum principalis & procuratorum predictorum ſuper poſitionem inveſtientes. Que omnia & ſingula hunc noſtrum proceſſum ac omnia & ſingula in eo contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis & veſtrum cuilibet intimamus inſinuamus notificamus ac ad veſtram & cujuslibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per preſentes; Quocirca auctoritate dicti Dñi noſtri Archi Epiſcopi nobis commiſſa & qua fungimur in hac parte vos omnes & ſingulos ſupradictos & unum quemlibet in ſolidum tenore preſentium requirimus & monemus primo ſecundo tertio & peremptorie vobisque nichilominus & veſtrum cuilibet communiter & diviſim in virtute ſancte obedientie & ſub infra ſcriptis ſententiarum penis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt preſentacionem & notificationem preſencium vobis vel alteri veſtrum factas & poſtquam pro parte ſupradicti Dñi *Richardi Groſſ* de *Morſſen* preſentium vigore deſuper fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus immediate ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo & reliquos duos dies vobis & veſtrum cuilibet pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica prefigimus & aſſignamus ſupradictum Dnũm *Richardum Groſſ* de *Morſſen* vel procuratorem ſuum legittimum ejus nomine & pro eo in dicta veſtra Eccleſia ſancti *Petri* Fritzlar. in Canonicum recipiatis & in fratrem

ſtal-

ſtallum ſibi in choro & locum in Capitulo cum plenitudine juris Canonici aſſignantes, ipſumque Dominum *Richardum Groſſ* vel procuratorem predictum pro eo in & ad corporalem realem & actualem poſſeſſionem Canonicatus & prebende quos olim Venerabilis ac Nobilis Dnũs *Dyetherus de Yſenburgh* huc usque inibi tenuit & poſſedit juriumque & pertinentiarum omnium earumdem inducatis recipiatis & ut moris eſt admittatis inductumque defendatis ac alter veſtrum recipiat, aſſignet inducat admittat & defendat & ubique de earundem Canonicatus & prebende fructibus redditibus proventibus & obventionibus univerſis prout ad vos & quemlibet veſtrum conjunctim vel diviſim ſpectat & pertinet reſpondeatis ac faciatis ab aliis quantum in vobis fuerit plenarie & integre reſponderi, alioquin in vos omnes & ſingulos ſupradictos & veſtrum quemlibet dictumque Dominum *Richardum Groſſ* vel procuratorem ſuum ſuper premiſſis in aliquo quo minus debitum non ſortiantur effectum impedientes ac impedientibus ipſum dantes auxilium conſilium vel favorem per vos vel alium ſeu alios publice vel occulte directe vel indirecte quovis queſito colore & generaliter in contradictores quoslibet in hac parte & rebelles cujuscunque etiam ſtatus gradus ordinis dignitatis vel conditionis extiterint, niſi infra ſex dierum terminum a die noticie preſencium computandum ab impedimentis contradictione & rebellione hujusmodi deſtiteritis deſtiterint ac alter veſtrum ſeu eorum deſtiterit & monitionibus & mandatis noſtris hujusmodi ymo

veri-

verius dicti Dñi nostri Archi Episcopi Maguntini parueritis paruerint & patuerit realiter & cum effectu ex nunc prout ex tunc, ex tunc prout ex nunc dicta sex dierum canonica monitione premissa singulariter in singulos excommunicationis & in ipsius sancti *Petri* Fritzlar. aliorumque quorumcunque in hiis forsan delinquentium ecclesiarum Capitula suspensionis a Divinis & in ipsas sancti *Petri* Fritzlariensem aliorumque delinquentium ecclesias monasteria & capellas interdicti sententias in hiis scriptis ferimus & etiam promulgamus, presentemque nostrum processum ac in eo contenta volumus penes dictum Dominum *Richardum* vel ejus procuratorem remanere & non per vos vel aliquem vestrum seu quemcunque alium contra ipsorum voluntatem quomodolibet detineri, contrarium vero facientes prefatis nostris sententiis pro ut per nos in scriptis late sunt, volumus ipso facto subjacere, mandamus tamen copiam fieri de premissis eam petentibus & habere debentibus petentium siquidem sumptibus & expensis, absolutionem vero omnium & singulorum, qui prefatas nostras sententias sive earum aliquam incurrerint seu incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantum modo reservamus. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes nostras litteras sive presens publicum instrumentum hujusmodi nostrum processum translationis in se continentes sive continens exinde fieri & per Notarium publicum infrascriptum subscribi & publicari mandavimus nostrique sigilli jussimus & fecimus ap-

pen-

penſione communiri. Datum & actum *Maguntie* in ambitu dicte Eccleſie ſancti Johannis ibidem ſub Anno a Nativitate Dñi Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, indictione quinta decima die vero veneris viceſima ſecunda menſis Decembris de mane hora primarum vel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dñi *Nicolai* Divina Providentia Pape *quinti* anno ſexto preſentibus ibidem honorabilibus & diſcretis viris Dominis *Nicolao Gedeler* Canonico dicte Eccleſie ſancti *Johannis*, *Petro Floſs* in eccleſia ſancti *Stephani* Magunt. perpetuo vicario & *Hermanno Quadheym* cauſarum in ſancta ſede Magunt. procuratore jurato teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et Ego *Johannes Stube* de *Waldecke* Clericus Moguntine Dioceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius cauſarumque ſancte Moguntine ſedis & hujusmodi permutationis in negotio coram Venerabili & circumſpecto viri Domino *Paulo* Decano & Commiſſario prelibato ſcriba juratus quia premiſſis omnibus & ſingulis dum ſic ut premittitur agerentur & fierent una cum prenominatis teſtibus preſens interſui eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, ideo hoc preſens publicum inſtrumentum manu mea propria ſcriptum exinde confeci ſubſcripſi publicavi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum prelibati Dñi *Pauli* Decani & Commiſſarii Venerandi ſigilli appenſione conſignavi in fidem

dem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus.

XIV.

STATVTA ECCLESIÆ EQVESTRIS S. PETRI IN VALLE WIMPINENSI. *)

CAPVT I.

Imprimis ſtatuimus ſeu verius vetera ſtatuta innovamus & ordinamus ut nullus deinceps in dicta Eccleſia noſtra *S. Petri* vallis Wimpinenſis in Prælatum Decanum Canonicum ſex præbendarium vel vicarium per Decanum & Capitulum recipiatur vel quomodolibet admittatur niſi de legitimo matrimonio *a*) procreatus vel genitus exiſtat & quod ante

*) Wimpinæ inferioris ad Nicrum ab Hunnis devaſtatæ inſtaurationem Chrotoldo quarto Vangionum Antiſtiti plerumque adſcribunt ad an. DLI. Addidit huic loco Canonicorum Collegium, cujus Præpoſito qua Archidiacono paruere parochi omnes ab Heidelberga ſurſum usque ad ultimos hujus dioeceſis fines. Confer. Schannat hiſtor. Wormat. pag. 115. & 308. & ejusdem Vindem. litter. Collect. II. pag. 57. ſq.

a) Hujusmodi ſtatutum & ordinationem exhibet Tomus I. ſubſidior. Dipl. pag. 46. ibid. pag. 228. Tomus IV. pag. 151. &c. In Veteri lege Deuteron. XXIII. ℣. 2. jam cautum erat, ne Mamzer hoc eſt de

ante omnia recipiendus in Prælatum Canonicum vel Vicarium desuper inter rogari & avisari ac deinde jure jurando illud affirmare debeat, cujus contrarium, si aliquo tempore compertum fuerit, idem cogatur vigore præstiti juramenti ad requisitionem Decani & Capituli Prælaturam Præbendam vel beneficium suum quæ vel quod in hac ecclesia obtinuerat sine contradictione dimittere.

Similiter veteres constitutiones innovando statuimus ut nullus de cœtero in dictæ ecclesiæ Præpositum Decanum Custodem vel Canonicum quomodolibet recipiatur, nisi de nobili genere ex utroque parente procreatus vel alicujus facultatis Superioris videlicet Theologiæ *) alterius sive utriusque Jurium aut Medicinæ Doctor, Licentiatus vel Baccalaureus aut Magister artium per rigorem examinis promotus existat & idem recipiendus ante sui receptionem & admissionem per legitimum testimo-

de scorto natus ingrediatur in Ecclesiam Domini; a potiori igitur in lege nova ad congregationes Ecclesiasticas ii non assumuntur, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur. Synod. Aquisgr. an. 789. cap. 23.

*) Equestris hujus Ecclesiæ Canonicus erat, hic merito recensendus Conradus de Wimpina dictus, sacræ Theologiæ Doctor, Francofurti ad Oderam Professor. Non desunt, qui putent eum Tezelianarum thesium Luthero oppositarum authorem fuisse. Obiit in monasterio Amorbach Epitaphio ornatus in Buchen oppido, quod ei ortum dedit, vid. Gropp in histor. Amorbac. pag. 265. sq.

monium sese talem qualificatum esse probet, neque admittatur nisi id ipsum sufficienter probaverit. *b*)

CAPVT II.

Nulli possessio in dicta Ecclesia tribuatur vel detur nisi antea statuta per ipsum solvenda dissolverit.

Statuimus & ordinamus, ut nullus cujuscunque status gradus vel conditionis extiterit de cœtero in dicta ecclesia ad aliquam Prælaturam, dignitatem Canonicatum præbendam vel vicariam admittatur, nec alicui possessio detur, nisi antea statuta conditionem ejus concernentia & infra descripta dissolverit.

CAPVT III.

Quantum Prælati, Canonici, sex præbendarii pro statutis persolvere debeant.

Insuper volumus & ordinamus ut recipiendus in Præpositum dictæ nostræ Ecclesiæ ante sui receptionem sive antea præbendatus existat sive non triginta duos florenos Renenses pro statutis persolvere teneatur de quibus triginta floreni fabricæ unus notario *c*) & unus æditui *d*) cedat.

Item

b) Personæ graduatæ hic æquiparantur nobili genere procreatis. Sic etiam ordinatio Cameralis de anno 1530. & Recessus Deput. de an. 1557. nonnisi equites natos vel Graduatos in jure permittit præsentari ad Cameram Imperii.

c) Cum neo-Canonicis detur possessio, solet præsens adesse Notarius publicus, ut super hoc actu, si necesse foret, instrumentum conficere possit, pro honorario hic illi assignatur florenus Renensis.

d) Æditui sacræ Ædis & supellectilis commissa est custodia.

Item recipiendus ad Decanatum Ecclesiæ ante sui admissionem sedecim florenos Renenses pro statutis persolvat de quibus tredecim fabricæ & tres trunco *e*) dentur & applicentur.

Item Custos ante sui admissionem sex florenos Renenses pro statutis persolvere teneatur de quibus quinque fabricæ ecclesiæ cedant & unus trunco deputetur.

Item quilibet in Canonicum dictæ ecclesiæ recipiendus, tam via obitus quam resignationis vel permutationis pro statutis ecclesiæ ante sui receptionem quadraginta florenos persolvat, de quibus triginta floreni fabricæ & tres floreni trunco erecto cedant, unus florenus notario, duo floreni æditupo & residui Capitulo ecclesiæ non ut Capitulares eosdem inter se dividant, sed in commodum & utilitatem Capituli convertantur ut cum tempore pecunia augmentata census pro Capitularibus emantur inter ipsos certis temporibus pro laboribus Capitularibus distribuendi.

Præter ea sex præbendarius ante adeptam possessionem similiter pro statutis ecclesiæ præfatæ triginta quinque florenos persolvat de quibus triginta floreni fabricæ ecclesiæ, duo floreni trunco cedant, duo floreni æditupo & unus florenus notario Capituli.

e) Truncus, arcella, cujusmodi in Ecclesiis prostant ad recipiendas fidelium eleemosynas, sic dicta, quod trunci arboris speciem referat vel quod ejusmodi arcellæ ex truncis arborum cavatis fieri solerent.

Notandum autem, quod pecunia a Canonicis pro ſtatutis exſolvenda modo ſit augmentata ad ſexaginta ſex aureos.

CAPVT IV.

De pecunia per Vicarios ante eorundem admiſſionem pro ſtatutis ſolvenda.

Item quilibet recipiendus ad alteram vicariam altaris *S. Joannis*, quam *Conradus Mutle* vel ad vicariam altaris *S. Nicolai* quam Magiſter *Wolfgangus Schwecker* hoc tempore poſſidet, pro ſtatutis eccleſiæ ante ſui admiſſionem duodecim florenos Renenſes perſolvat, de quibus decem floreni fabricæ duo floreni trunco deputentur.

Inſuper quilibet recipiendus ad vicariam ſummi altaris cujus nunc *Joannes Schelling* poſſeſſor exiſtit, ſimiliter ad vicariam altaris *S. Catharinæ* quam hoc tempore *Joannes Brenner* poſſidet, ſimiliter ad vicariam *B. M. V.* quarum poſſeſſores ſunt *Melchior Brieff* & *Petrus Einger* decem florenos pro ſtatutis perſolvat, de quibus octo floreni fabricæ & duo floreni trunco, cæteri vero a prædictis in vicarios dictæ eccleſiæ recipiendi ſimiliter pro ſtatutis Eccleſiæ octo florenos Renenſes perſolvant ſeu quilibet eorum perſolvere teneatur, de quibus ſex floreni fabricæ & duo trunco applicentur.

Cum autem olim ab intrantibus decem floreni ad ornatum Eccleſiæ dati fuerint & in his ſtatutis ejusmodi pecunia fabricæ eccleſiæ deputata ſit, ideo

volu-

volumus & ordinamus ut dicta fabrica ornatum Ecclesiæ conservare teneatur quemadmodum ex multis annis hucusque observatum fuit.

CAPVT V.

Quod nullus admittatur ad aliquam Prælaturam, præbendam vel aliud beneficium in hac ecclesia nisi prius solitum juramentum præstiterit.

Item statuimus & ordinamus quod nullus de cætero ad Præposituram Decanatum Custodiam Canonicatum, præbendam vel vicariam illiusque possessionem respective in dicta Ecclesia quomodolibet admittatur, nisi per se vel procuratorem suum legitimum ad hoc specialiter constitutum juramentum pro conditione personæ ipsum concernens sub modo & forma supra descriptum in Capitulo prius præindicto coram Decano & Capitulo nec non Notario & testibus ad hoc requisitis antea solemniter præstiterit.

CAPVT VI.

Quod Prælaturæ, præbendæ & Vicariæ pensionibus non graventur.

Statuimus quoque districte mandantes quod nullus Prælatorum Canonicorum vel vicariorum hujus Ecclesiæ Prælaturam præbendam vel vicariam suam annua pensione de cœtero gravare præsumat sub pœna privationis illius prælaturæ vel beneficii ac graviori per nos ac Successores nostros eidem transgressori infligenda. Præterea nullus in Prælatum

Canonicum vel vicarium hujus Ecclesiæ recipiatur, nisi prius ad S. Dei Evangelia juraverit, quod Prælaturam præbendam vel vicariam suam respective non gravaverit aliqua pensione nec ipse posthac eandem gravare vel quoquomodo consentire velit ut pensione aliqua oneretur, sicque quælibet persona antequam ad possessionem vel etiam juramentum præstandum admittatur, diligenter desuper avisari debet.

CAPVT VII.

De Cautione præstanda per Prælatos, Canonicos Ecclesiæ ante adeptam possessionem.

Præterea statuimus & ordinamus ut quilibet cujuscunque etiam nobilitatis, status, gradus, vel conditionis extiterit, qui Præposituram Decanatum Custodiam vel Canonicatum vel præbendam aliquam in sæpe dicta Ecclesia nostra quacunque authoritate adeptus fuerit, teneatur ante traditam sibi possessionem corporalem Decano & Capitulo cautionem fide jussoriam præstare & exhibere per duos honestos viros sæculares nobiles vel alios fide dignos, dummodo tamen tales quoad hujusmodi fide jussoriam cautionem Ecclesiæ jurisdictioni se subiiciant, qui de relevando Ecclesiam Capitulum & singulares personas ejusdem indemnes a quibuscunque molestiis perturbationibus damnis periculis expensis & interesse quæ occasione ejusdem dignitatis sive præbendæ atque illius traditæ possessionis emergere vel contingere possent se se per eorum sigilla fidejussores constituant.

CA-

CAPVT VIII.

Modus obſervandus in tradenda poſſeſſione tam Canonicis quam Vicariis hic deſcribitur.

Modus tradendi poſſeſſionem tam Canonicis *) quam vicariis ſic videlicet obſervetur, quod ſolutis ſolvendis juxta ſtatuta ſupra deſcripta reſpective Canonicos quam vicarios concernentia præſtito juramento ſolito perſonam cujuslibet recipiendam coram Notario & teſtibus in Capitulo per noctem indicto præſentibus perſonis Capitularibus quæ pro tempore adeſſe poſſunt & debent Decanus vel Senior Canonicus in abſentia Decani introducat canonicum vel vicarium ad chorum Eccleſiæ ſub Divinis & præſertim ad latus in quo idem Canonicus vel vicarius ſtallum *f*) habere debebit, qui quidem inveſtiendus in inferiore ſeſſione ſtalli ſedendo dicat: *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo quoniam elegi eam.* Quibus peractis talis inveſtitus ſive canonicus ſive vicarius ſurgat de ſtallo ac deinde Decanus in eodem loco ſedendo recipiat ambas manus inveſtiti flexis genibus coram eo conſtituti in manus ſuas & referat ſive dicat inveſtito ſequentia verba, quæ & ipſe inveſtitus repetere ſeu dicere & promittere debet in hanc videlicet formam ſeu ſententiam: *Obedientiam reverentiam & honorem*

*) Solennitates & requiſita in poſſeſſionibus prima & ſecunda fuſius alibi deſcribemus.

f) Stallum aut ſtallus ſumitur pro ſede in choro Eccleſiæ. Charta an. 1201. in hiſt. Epiſcopat. Antverp. pag. 99. ſtallum in choro, vocem in Capitulo cum cœteris ſolemnitatibus eidem aſſignantes.

norem in licitis honeſtis ac conſuetis vobis Decano & Capitulo promitto. Hujusmodi autem inſtallatio duntaxat infra divina officia quæ cantantur vel leguntur in choro præſentibus notario & teſtibus ad hoc vocatis fieri debet.

CAPUT IX.

De Annis expectantiæ ſeu Carentiæ Canonicorum & ſex præbendariorum.

Item ſtatuimus & ordinamus quod quicunque in dicta eccleſia noſtra in Canonicum via obitus receptus fuerit, tribus primis annis expectare & fructus præbendæ ſuæ carere teneatur, de quibus quidem tribus annis fructus præbendæ ſuæ primi anni, qui dicitur annus gratiæ *) cedat defuncto poſſeſſori, reliquum autem duorum annorum fabricæ eccleſiæ, quemadmodum ab antiquo obſervatum fuit, ſi vero via permutationis vel reſignationis quis præbendam ſuam adeptus fuerit, uno integro anno duntaxat fructibus præbendæ ſuæ careat, qui ſimiliter fructus fabricæ eccleſiæ deputentur, poterunt tamen Decanus & Capitulum illi hujusmodi annum remittere duplicia ſtatuta ab eodem tempore ſuæ receptionis accipiendo & fabricæ applicando. Sex præbendarii vero qui ex inſtitutione ſuarum præbendarum ad ferias legendas & complendas adſtricti ſunt & propterea absque dimi-

*) De annis gratiæ Canonicorum Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum in Germania vide Diſſertationem Cl. D. Dürr An. 1770. Moguntiæ editam. Ejusdemque Diſſertationem de Annis Carentiæ.

diminutione cultus Divini a præbendis ſuis longo tempore abeſſe non poſſunt, duntaxat uno anno quacunque via etiam præbendas ſuas adepti fuerint, expectent & fructibus illius præbendæ carere debeant, qui quidem fructus fabricæ Eccleſiæ cedant, permittimus tamen Decano & Capitulo ut ab eo qui per viam reſignationis vel permutationis præbendam adeptus fuerit, duplicia ſtatuta recipere & eidem hujusmodi annum expectantiæ remittere poſſint.

CAPVT X.

Qualiter Canonici & ſex præbendarii ſuam primam reſidentiam complere debeant?

Item volumus, ut quicunque in Canonicum ſive præbendarium Eccleſiæ noſtræ receptus fuerit, poſt annos expectantiæ per integrum annum perſonalem reſidentiam continuam in eadem eccleſia facere teneatur, in qua reſidentia exiſtens ſine licentia Decani aut ſenioris Canonici a dicta eccleſia per noctem ſi ſe abſentaverit, fructus perceptos reſtituere & reſidentiam ſuam de novo inchoare obligatus ſit & adſtrictus. Item Canonicus ſeu ſexpræbendarius volens primam ſuam reſidentiam inchoare, teneatur Decano & Capitulo intimare diem & deſignare honeſtam perſonam eccleſiæ cum qua habiturus ſit menſam & domicilium, niſi prius curiam clauſtralem g) vel proprias expenſas habuerit.

g) Ædes Canonicorum in immunitate vel clauſtro. Capitula Caroli Calvi tit. 41. cap. 9. Ut Epiſcopi in civitatibus ſuis proximum Eccleſiæ clauſtrum inſtitu-

Item ſi quis dictum annum ſuæ primæ reſidentiæ complere inceperit ac a jure vel ab homine ſuſpenſus vel excommunicatus declaratus fuerit, teneatur omnes & ſingulos fructus præbendæ ſuæ a die inceptæ reſidentiæ perceptos reſtituere & percipiendis carere, donec reſidentiam ſuam denuo a novo inceperit illudque Decano & Capitulo inſinuaverit.

Quilibet etiam Canonicorum & ſex præbendariorum ante inceptam ſuam reſidentiam teneatur præſtare cautionem ſufficientem de reſtituendis fructibus præbendæ ſuæ illius anni in eventum quo reſidentiam ſuam quoquomodo de predictis infringeret.

Volumus nihilominus quod ſi Canonicus Eccleſiæ antedictæ adhuc in annis expectantiæ conſtitutus apud eccleſiam ipſam reſidere & officia Divina quemadmodum aliæ perſonæ & Eccleſiam viſitare voluerit, præſentias ſive quotidianas diſtributiones in eadem deſervire & percipere valeat, caveat tamen ne ſic reſidendo aliquam ſuſpenſionem a Divinis incurrat, alioquin dictis præſentiis carebit, donec a Decano & Capitulo reſtitutionem obtinere mereatur. Idem obſervari decernimus cum ſexpræbendariis qui infra annum expectantiæ reſidere voluerint.

Cæ-

ſtituant, in quo ipſi cum Clero ſecundum Canonicam regulam Deo militent & ſacerdotes ſuos ad hoc conſtringant, ut Eccleſias non relinquant & alibi habitare præſumant.

Cæterum ſtatuimus quod conſtitutus in anno ſuæ primæ reſidentiæ duntaxat tribus quindenis *b*) & non ultra juxta libitum ſuum ab eccleſia abeſſe poſſit, autumno ſeu libertate ejusdem minime gaudere debeat, ſi vero ſupra tres quindenas prediĉtas reſidens ipſe ab eccleſia abſens fuerit, fruĉtus perceptos reſtituere ac reſidentiam ſuam reincipere teneatur.

CAPVT XI.

De continua & Generali perſonali reſidentia per ſingulos Canonicos & ſex præbendarios apud Eccleſiam facienda.

Inſuper id quod veteribus conſtitutionibus cautum erat, renovantes ſtatuimus & ordinamus, quod quilibet Canonicus præfatæ eccleſiæ poſt annos expeĉtantiæ & primas reſidentiæ adſtriĉtus ſit hac noſtra conſtitutione ad perſonalem & continuam reſidentiam apud ipſam eccleſiam faciendam ibique divinis ac Canonicis diurnis & noĉturnis horis intereſſe aĉtusque & officia ipſum concernentia per ſe vel alium ſuis tamen expenſis perficere & procurare teneatur illo tamen ſalvo quod quilibet Canonicus anno primo reſidentiæ completo poſſit per tres quindenas ante vel poſt autumnum ſimiliter in ipſum

b) *Quindena*, ſpatium quindecim dierum ſæpius occurrit in ſtatutis aliisque chartis, præſertim in charta ann. 1216. apud Martene Tom. I. ampliſſ. Collect. Col. 1127. in alia an. 1226. apud Lobinell. Tom. 2. Hiſtor. Britan. Col. 361. in alia, 1238. apud Rymer Tom. I. pag. 379. &c.

ipſum autumnale tempus quolibet anno abeſſe vel ſe abſentare, computabitur autem dictum tempus autumnale a feſto nativitatis glorioſiſſimæ Virginis Mariæ usque ad feſtum SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ excluſive.

Prædicta inſuper ita intelligenda ſunt, ut cum quis Canonicorum una vel pluribus quindenis uti voluerit, id ipſum Decano & Capitulo hujus eccleſiæ inſinuare teneatur, ſi quis autem Canonicorum ultra dictas tres quindenas ac vindemiale tempus abſens fuerit, ſuſpenſus ſit & pro ſuſpenſo habeatur in fructibus ſuæ præbendæ donec a Decano & Capitulo perſonaliter reſtitutionem obtinuerit & eosdem dies per ipſum ut præmittitur neglectos, Magiſter ſuſpenſionum diligenter notare & ſignare teneatur, ut eidem Canonico tempore computationis ratum temporis neglecti defalcetur, ſimiliter etiam fructus perceptos & non deſervitos idem Canonicus dicto magiſtro ſuſpenſionum reſtituere teneatur.

Idem prædictum ſtatutum de perſonali & continua reſidentia etiam quoad ipſos ſexpræbendarios & eorum reſidentiam ad quam præcipue etiam ex eorum juramento adſtricti ſunt, diligenter obſervetur. Inſuper pro clariori declaratione ut ſciatur, quæ perſonæ in continua reſidentia eſſe dicantur & tribus quindenis gaudere debeant, videatur conſtitutio & declaratio olim prædeceſſoris noſtri Epiſcopi Wormatienſis ſuper hujusmodi ſtatuto de perſonali reſidentia infra deſcripta.

CA-

CAPVT XII.

Qualiter Canonici licentiam petere debeant & a quo?

Item ordinamus quod Canonicus volens ſe ad aliquod tempus abſentare teneatur per ſe vel per alium petere licentiam a Decano ſive in abſentia ejusdem a ſeniore Canonico pro tempore, ſi autem nullus eorum repertus fuerit, idem curare debet, ut abitus vel receſſus ſuus ac licentìa petenda prædicto Decano aut ſeniori Canonico ad eorundem reſpective domum intimetur & Magiſter ſuſpenſionis pro tempore de hujusmodi receſſu & licentia certioretur.

Item quicunque Canonicorum vel ſexpræbendariorum in reſidentia exiſtens ſe ultra tres dies abſentaverit, rediens reſtitutionem ſub Divinis a Decano ſi præſens ſit, ſin autem a ſeniore Canonico aut alio ſecundum ſenium deſcendendo petere teneatur.

CAPVT XIII.

De tempore licentiæ dandæ per Decanum vel etiam per Decanum & Capitulum conjunctim.

Quando quidem intellexìmus, antiqua conſuetudine in hac Eccleſia fuiſſe introductum quod quandocunque aliquis Vicariorum ſimplicem ac indiffinitam a Decano petierit & obtinuerit licentiam ſe abſentandi, talis licentia duntaxat unius noctis tempus comprehendere cenſeatur, ſi autem per duos aut tres dies vicarius peteret licentiam, quod illam

Deca-

Decanus etiam concedere possit causa rationabili non requisita seu allegata, præterea causa rationabili & legitima interveniente Decanus habeat facultatem concedendi licentiam octo dierum vel ad quindenam, urgentibus vero atque instantibus caussis & negotiis beneficia dictorum vicariorum concernentibus ampliorem Decanus habeat eisdem concedendæ licentiæ potestatem, & præterea transgressores ipsos obtentæ licentiæ Decanus etiam pro suo arbitrio punire possit. Verum cum minime mutanda sint, quæ certam interpretationem semper habuerunt, ideo prædicta confirmamus atque volumus ut Decanus juxta præscriptam formam ab antiquo observatam ipsis vicariis licentiam pro tempore petitam concedere possit.

CAPVT XIV.

De licentia danda Ordinandis pro tempore vel litigantibus pro beneficiis.

Statuimus insuper quod ordinandus pro tempore seu volentes sacros ordines suscipere sive sint Canonici sive vicarii teneantur petere licentiam a Decano, quam nec ipse Decanus, nisi obstet rationabilis causa, denegare debebit, sed illis ordinandis abituris tempus exeundi & revertendi præfigere & limitare secundum locorum distantiam, infra quem terminum præfixum, si tales redierint, neque suspensi erunt neque præsentiis carebunt sic tamen quod actus chori & alia onera ipsis incumbentia disponant per alios expedienda, idem servetur etiam de his qui coguntur litigare super fructibus beneficiorum suorum.

De

De peregrinantibus.

Præterea admittimus, ut peregrinantes ad terram ſanctam, limina *SS. Petri & Pauli* Apoſtolorum, Aquisgranum ad *B. Mariam Virginem* apud Eremitas non cenſeantur ſuſpenſi, ſed gaudebunt corporibus præbendarum ſeu vicariarum ſuarum & præſentiis dummodo tamen tempore licentiæ a Decano & Capitulo petenda bona fide ipſi Decano vel ejus vices gerenti promittant, quod hujusmodi peregrinationem non de ambulationis vel voluptatis cauſa ſed ex voto vel principaliter ad conſequendas indulgentias perficere velint, ſimiliter quod oneribus ac actibus ipſis injunctis ſufficienter aliis perſonis eccleſiæ ſit per ipſos proviſum. Prædicta tamen duo puncta & ſimilia intelligenda eſſe volumus, niſi abſentes tales in via legitime impediti fuerint, utpote infirmitate corporis captivitate vel aliquo ſimili infortunio ſeu impedimento de quo conſtaret vel talis impeditus poſt reditum ſuum juramento id ipſum affirmare poſſet; qui in his & ſimilibus caſibus (cum neceſſitas legem non habeat) tales abſentes ultra terminum eis præfixum vel alioquin competentem aut legalem minime ſint pro ſuſpenſis habendi.

CAPVT XV.

De his qui ad thermas vel balnea naturalia ſe conferunt.

Quoniam privilegium pro humanæ conditionis fragilitate & neceſſitate indultum ut in thermis ſeu naturalibus balneis ex conſilio Medicorum exiſtentibus

tibus corpora ſuorum beneficiorum & præſentiæ dentur, quibusdam etiam divagandi præbet occaſionem, prout veridica relatione percepimus, ideo præſenti decreto ſtatuimus & ordinamus ut nulli de cœtero eadem licentia concedatur, niſi prius fidem det loco juramenti, quod eandem licentiam ſolum ex nulla alia cauſa petat quam ex ægritudine & corporis ſui neceſſitate vel alias ex Medicorum conſilio ad id motus fuerit, ſimiliter quod officiis & oneribus ſibi injunctis per ipſum ſufficienter provideatur.

CAPVT XVI.

De his qui ad Curiam Romanam proficiſci intendunt.

Item ſtatuimus, quod quælibet perſona eccleſiæ cujusvis dignitatis ſtatus gradus ſeu conditionis exiſtat, volens proficiſci ſeu ſe transferre ad curiam Romanam vel alium locum etiam quemcunque ubi contra eccleſiam ipſam aut perſonas ejusdem veriſimiliter aliquid impetrare aut eccleſiam aut perſonas ejus in judicio eccleſiaſtico vel alias turbare poſſet (exceptis nobis ſucceſſoribus ſive officialibus noſtris) teneatur petere licentiam a Decano & Capitulo atque eadem petita & obtenta jurare ſeſe contra eccleſiam aut ejusdem perſonas nihil directe vel indirecte impetraturum vel obtenturum nec abſolutionem petiturum ſed quod judicio & ſententiæ noſtræ ſive Vicarii vel Officialis noſtri in cauſis & controverſiis quas eum habere contigerit ſtare & contentari velit, ſiquis autem contra prædicta fece-

fecerit perjurus censeatur atque per nos & successores nostros graviter puniatur.

CAPUT XVII.

De Anno gratiæ Canonicorum decedentium & quando defunctis intra tricesimum præsentiæ dandæ.

Statuimus pariter & ordinamus quod quicunque Canonicus in plena perceptione fructuum sive præbendæ existens decesserit, exceptis casibus infra descriptis, habeat annum gratiæ hoc est omnes ac singulos fructus redditus & proventus præbendæ suæ (distributionibus duntaxat quotidianis exceptis) pro anniversario vel in aliquem pium usum convertendos, nisi de aliis bonis propriis per ipsum relictis creditoribus suis satisfieri non posset, ex tunc de tali anno gratiæ talia debita dissolvi debebunt. Sexpræbendarii vero annum gratiæ non habeant, sed omnes fructus illius anni primi post obitum cujuslibet sexpræbendarii integre nullo excepto cedant præsentiæ, quemadmodum ex Constitutione Episcopi *Friderici* predecessoris nostri antea ordinatum & in viridi observantia hactenus tentum fuit.

Item cuilibet Canonico, sexpræbendario vel vicario si dum vixisset proprias expensas ac familiam habuerit, dentur præsentiæ infra tricesimum.

CAPUT XVIII.

In Casibus vero consequentibus decedentes Canonici annum gratiæ non habeant, de quibus admittendi Canonici advisandi sunt.

Item nullus Canonicorum in annis expectantiæ decedens etiamsi per resignationem præbendam fuerit

rit assecutus sive ex causa promotionis & infra tempus installationis suæ defunctus sit, annum gratiæ non habeat, similiter quilibet a jure vel homine suspensus vel excommunicatus declaratus decedens nisi in plena perceptione fructuum suæ præbendæ ante hujusmodi suspensionem seu excommunicationem fuerit, anno gratiæ carebit, nec is qui suis exigentibus demeritis canonicatu & præbenda privatus est dicto anno gratiæ gaudebit.

Item quicunque Canonicorum sepulturam suam extra Ecclesiam Wimpinensem elegerit vel extra eandem sepultus fuerit, anno gratiæ privatus sit, nisi talis de licentia Decani & Capituli dictæ ecclesiæ absens esset & in tali loco discessisset, de quo commode funus defuncti ad ecclesiam prædictam deferri non potuisset. Item Canonicus non residens vel absens sine licentia Decani & Capituli in hujusmodi anno gratia carebit & talis pro suspenso habeatur.

CAPVT XIX.

De admissione Canonicorum ad Capitulum & quo tempore admittendi sunt.

Statuimus quoque ut nullus dictæ ecclesiæ Canonicus ad Capitulum tanquam capitularis admittatur nec vocem in capitulo habeat, nisi residentiam suam annalem juxta statutum desuper factum compleverit & post eandem primam residentiam de licentia Decani & Capituli per biennium continuo ut Canonicus dictæ ecclesiæ steterit in aliquo studio generali & privilegiato nulla nocte ab hujusmodi studio se absentando atque biennio finito præfatos

De-

Decanum & Capitulum per litteras patentes aut aliud legitimum teſtimonium Rectoris Univerſitatis vel facultatis in qua ſtuduit certificaverit, quod modo premiſſo ſtudium ſuum continuaverit & compleverit inſuper ad minus in ſubdiaconatus ordine conſtitutus ſit, ſolitumque juramentum ſupraſcriptum ante admiſſionem ad Capitulum præſtiterit, ſi autem talis Canonicus tempore hujusmodi petitionis Artium Magiſter Baccalaureus juris aut in aliqua facultate ſuperiori Doctor vel Licentiatus per rigorem examinis promotus exiſtat, nolumus eundem præſenti ſtatuto de completione biennalis ſtudii obligatum fore, ſicque hoc punctum nequaquam ad ipſum extendendum eſſe decernimus; hujusmodi autem admiſſio duntaxat in altero de duobus Capitulis generalibus ac poſt finem eorundem fiat, & ſi Canonicus ad Capitulum recipi deſiderans non videatur Capitulo idoneus ut quod illiteratus, ignarus, non morigeratus non tacitus vel publicus concubinarius aut ſimilibus vitiis irretitus, ex tunc Decanus & Capitulum non teneantur eundem ad Capitulum admittere donec ſe emendaverit.

Quis ordo inter Canonicos ſit ſervandus?

Inſuper ſtatuimus, quod ſeſſio capitularis similiter etiam aliorum actuum tam in choro quam alias fiendorum in eccleſia ſecundum ſenium adeptæ poſſeſſionis fieri debeat ita videlicet, quod is qui prior adeptus eſt poſſeſſionem præbendæ ſuæ ſedeat vel ſtet propinquior ad Decanum quam is qui poſteriore tempore præbendam conſecutus etiamſi ille poſterior prius fuerit admiſſus ad Capitulum aut alias dignior gradu vel nobilitate exiſtat.

CAPUT XX.

Capitula non celebrentur sub Divinis.

Prohibemus, ne tempore divinorum & maxime sub summa missa capitula & actus sive tractatus capitulares celebrentur, nisi forte pro tunc urgens necessitas immineat, Decanum aut quemvis alium in ejus absentia qui ad talem horam sine predicta causa capitulum convocaverit, suspendimus per unam hebdomadam a præsentiis & de illa causa major pars capituli judicare poterit.

CAPUT XXI.

De pœna Capitulum indictum negligentibus infligenda.

Volumus autem certam pœnam iis qui in Capituló ad horam statutam seu indictam non comparuerint infligendam esse, sic videlicet quod qui hora primarum vel alia hora ad quam capitulum indictum est, ad locum capitularem (causa rationabili cessante) non venerit, album pro pœna persolvat, quem si dissolvere recusaverit, ad minus ipso facto sit suspensus, quam quidem pœnam anno elapso collectam Capitulares inter se dividere vel in alium pium usum convertere poterunt.

CAPUT XXII.

De modestia in votis dandis in Capitulo observanda & quod arma ad Capitulum non deferantur.

Ad vitandum autem discordias inter personas Capitulares & ut negotia ecclesiæ cum omni modestia charitate & prudentia tractari possint statuimus & ordinamus quod Decanus seu in ejus absentia senior

or

er Canonicus in Capitulo exiſtens primo proponat factum, pro quo indictum fuerit capitulum & dicat votum ſuum deinde alios Canonicos ſecundum ordinem a ſeniore poſt eum incipiendo & usque ad ultimum continuando interroget ac vota eorundem fideliter colligat, tandem ſecundum pluralitatem votorum concludendo, in qua quidem votorum collectione nullus Canonicorum alium in votando impediat ſeu verba illius interrumpat niſi forte ex legitima cauſa & a Decano ſeu ſeniore Canonico licentia petita. Præterea nullus alium ad iracundiam provocet vel indecentia verba loquatur quæ ad rixam vel diſſenſionem tendant aut animum votantis perturbent, quodſi aliquis Canonicorum vel Prælatorum in præmiſſis deliquerit & admonitus per Decanum ſeu ſeniorem Canonicum pro tempore ab incepto non ceſſaverit vel deſtiterit extunc talis Canonicus voce Capituli ſive etiam a præſentiis & corpore præbendæ per aliquos dies aut menſem ſeu ultra ſecundum facti & exceſſus qualitatem per Decanum & majorem partem Capituli ſuſpendatur.

Inſuper veteres prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones innovantes mandamus ut ſi quando in actibus capitularibus aliquis Canonicorum alteri convitiatus fuerit ſive injuriam fecerit vel dixerit, quod talis Canonicus a præſentiis & corpore præbendæ per unum menſem aut ultra irremiſſibiliter per Decanum & majorem partem capituli ſecundum facti qualitatem ſuſpendatur, niſi talis cauſa convitii ſeu injuriæ fuerit, cujus cognitio ex juris com-

munis dispositione ad nos & Successores nostros (ut sunt criminales) dignoscantur spectare salvis etiam pœnis injuriantibus ex Statuto provinciali infligendis quod inferius descriptum est. Prohibemus etiam sub simili pœna ne aliquis canonicorum ad capitulum arma deferre præsumat.

CAPVT XXIII.

Contradictio unius in Capitulo non impediat communem conclusionem sed major pars concludat.

Consuetudinem illam quæ potius abusus & corruptela censenda est, qua permittitur in actibus Capitularibus unum de Canonicis licet nullam vel minus rationabilem causam suæ contradictionis assignet, posse reliquorum Canonicorum in unam sententiam concordantium voluntatem impedire, tollimus & penitus abolemus tum quia irrationabile & ex ea quam plurima mala & scandala procedere dignoscuntur tum quia est contra sacrorum Canonum instituta statuentes & ordinantes, ut de cætero Capitula in dicta ecclesia secundum juris communis dispositionem agantur ut videlicet quod major & sanior pars Capituli deliberaverit ratum ac firmum habeatur aliorum contradictione minimum obstante factumque a toto capitulo censeatur atque taliter a majore parte Capituli deliberatum executioni demandetur, quam executionem quicunque Capitularium impediverit aut impediri fecerit voce & capituli emolumentis per unum mensem decernimus esse privatum. Volumus insuper ut conclusiones in Capitulis pro tempore captatæ ad aliquem librum Capitularem scribantur.

CA-

CAPUT XXIV.

Canonicus excommunicatus vel ſuſpenſus careat voce & emolumentis Capitularibus ac fructibus præbendæ ſuæ.

Similiter ſtatuimus & ordinamus quod Canonicus capitularis a jure vel ab homine ſeu ſtatuto eccleſiæ ſuſpenſus vel excommunicatus declaratus careat voce & emolumentis Capitularibus hujusmodi ſuſpenſione durante, nec ſit vocandus ad aliquem actum Capitularem vel electionem ſeu portionem de aliqua præbenda ſeu dignitate vacante fiendam, nec tali excommunicato ſuſpenſo vel interdicto juxta veterem conſtitutionem prædeceſſoris noſtri Epiſcopi *Gerlaci* quam præſentibus innovamus quidquam de præbendæ ſuæ fructibus aſſignetur durantibus hujusmodi ſententiis.

CAPUT XXV.

De duobus Capitulis Generalibus & quando ſervari debeant.

Statuimus quoque ut ſingulis annis in vigilia vigiliæ Nativitatis Chriſti & in vigilia SS. *Petri & Pauli* Apoſtolorum duo Generalia Capitula per Decanum & Canonicos Capitulares celebrentur, niſi rationabili & urgente cauſa id ſuadente viſum fuerit eisdem Decano & Capitularibus illa in alios dies anticipanda vel poſticipanda eſſe, in quibus quidem Capitulis tractantur negotia ipſius eccleſiæ utilitatem & neceſſitatem maxime reſpicientia, ſicque Decanus vel ſenior Canonicus pro tempore de ſingu-

lis neceſſariis pro ſtatu & conſervatione eccleſiæ & perſonarum ejusdem alios Capitulares aviſare debebit.

Præterea volumus quod Canonici Capitulares dicta duo Capitula generalia viſitare ac ingredi teneantur etiam non vocati exceptis tamen excommunicatis & ſuſpenſis, ut ſupra ſtatutum eſt.

CAPVT XXVI.

Canonicus non Capitularis ante ſtubam vel locum Capituli generalis comparere tenetur.

Præterea antiquam conſuetudinem obſervando volumus, quod quivis Canonicus non Capitularis in anno reſidentiæ aut alias apud eccleſiam ipſam in annis expectantiæ exiſtens, ut ſupra ſtatutum eſt, teneatur tempore cujuslibet Capituli Generalis ante finem pulſus primarum ante ſtubam vel locum Capitularem comparere ibique ad finem hujusmodi Capituli Generalis, niſi de licentia Decani & Capituli dimiſſus fuerit, expectare, alioquin ſuſpenſionem trium menſium incurrat, de quo quilibet eorum antea per Capitulum aviſari debet.

CAPVT XXVII.

De coercitione ſive correctione Decani & Capituli in Canonicos nec non ſolius Decani in Vicarios.

Conſuetudinem eccleſiarum Collegiatarum noſtræ Diœceſis Wormatienſis imitari cupientes ſtatuimus & ordinamus, quod Decanus ſolus nullam habeat correctionem vel coercitionem in Prælatos & Cano-

nonicos dictæ ecclesiæ nisi verbalem & fraternalem admonitionem sive reprehensionem in minoribus culpis & excessibus, quæ negligentiam vel disciplinam chori, indecentiam vestium & calceamentorum, stationem confabulationem in & extra ecclesiam presertim in super pelliceo factam, verborum levitatem tabernarum publicarum visitationem ludum illicitum & similia concernant, quam quidem admonitionem sive reprehensionem si Canonicus non adverterit aut a suis inhonestis aut malis moribus non destiterit, Decanus eundem Canonicum ad Capitulum vocare ac illius excessus Capitulo proponere debebit, ex tunc si idem Canonicus culpabilis repertus fuerit, Decanus & Capitulum conjunctim Canonicum illum pro modo & qualitate culpæ & excessus a voce capitulari vel etiam fructibus præbendæ ac quotidianis distributionibus suspendere vel pro arbitrio eorundem inclaustrare poterunt.

Volumus tamen, quod Decanus pro tempore se solo possit & teneatur emendare, corrigere & coercere dictæ ecclesiæ Vicarios pro negligentiis & confusionibus in Choro aliisque excessibus extra Chorum commissis (exceptis enormibus) vel per claustrationem aut suspensionem a præsentiarum perceptione vel etiam in corpore vicariæ odio tamen, rancore, favore vel sinistra affectione in hujusmodi correctionibus penitus semotis, & si Decanus pro tempore in corrigendo modum excesserit, poterunt vicarii ad Capitulum habere recursum,

 quod

quod cognita causa illud quod æquum fuerit, decernat & moderetur.

CAPUT XXVIII.

De potestate & onere Decani.

Videatur singulariter Episcopi *Joannis de Dalberg* constitutio infra descripta in principio & per totum.

CAPUT XXIX.

Nullus impediat Decanum in emendationibus & correctionibus suis sub pœnis comminatis.

Observetur & practicetur prædicta constitutio *Johannis* Episcopi quam specialiter etiam in hoc puncto quoad declarationem & comminationem pœnarum innovamus.

CAPUT XXX.

Quibus modis Decanus Ecclesiæ pro negligentiis ac excessibus suis moneri debeat.

Licet Decanus ut Caput Capituli atque major post Præpositum in ipsa ecclesia Prælatus de facili a confratribus suis pro excessibus emendari vel judicari non debeat, si tamen in Decanatu suo vel in exequendis his quæ sibi ratione Decanatus vel officii sui incumbunt, remissus aut negligens foret vel alias delinqueret vel in aliquo excederet, adeo quod ex hujusmodi negligentia vel excessu per ipsum perpetratis scandalum generet, merito reprehendendus videretur, Nos statuendo præsenti decreto ordinamus, quod eisdem casibus Decanum debita reveren-

verentia Capitulum seu senior Canonicus cum Capitulo pie ac benigne avisare, monere & exhortari teneatur ut ab excessibus hujusmodi de cætero abstineat atque neglecta pro posse & nosse reparare ac resarcire studeat, quodsi hujusmodi monitionibus seu exhortationibus parere recusaverit vel contempserit, in compertis temerarie perseverando ex tunc Capitulum tales excessus & negligentias Decani ad nos vel Vicarium nostrum pro tempore deferre debebit, ut eidem delinquenti juxta facti qualitatem debita emenda & mulcta pœnaque imponatur.

Sequuntur

Statuta & Ordinationes Chori seu personas ipsas quoad Chorum respicientes.

CAPVT XXXI.

De modo ingrediendi chorum certis diebus.

Cum secundum sacra elogia deceat domum Dei sanctitudo, ut cujus in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita reverentia pacificus, statuimus & ordinamus ut ad chorum sit compositus & devotus & opportunis temporibus præsertim in festis Decani processionatus ingressus & egressus secundum consuetudinem ab antiquo in dicta ecclesia S. *Petri* observatam ita tamen, quod Chorum intrantes toties quoties discoopertis capitise versus summum altare reverenter, ut decet, inclinent.

CA-

CAPUT XXXII.

De loco & stallo in Choro.

Item statuimus & ordinamus quod quælibet persona ecclesiæ locum & stallum in Choro statui suo congruentes secundum statuta ecclesiæ de super scripta ingrediatur, nec alium locum sive stallum sibi vendicet aut assumere præsumat sub pœna privationis quotidianarum distributionum unius diei, quam volumus ad truncum præsentiarum deponi.

CAPUT XXXIII.

De cultu divino ac horis Canonicis in Ecclesia persolvendis.

Specialiter hic statuendo innovamus constitutionem felicis recordationis *Joannis* Episcopi Wormatiensis Prædecessoris nostri de cultu divino ac horis Canonicis in Ecclesia persolvendis, quæ infra in hoc libro statutorum de verbo ad verbum describitur.

CAPUT XXXIV.

De vestium ac morum decentia.

Volumus præterea ut omnes & singulæ personæ divinis interesse volentes tunicis oblongis & ad talos usque protensis ac alias statui clericali convenientibus circa pectora non apertis ac desuper mundis super pelliceis sint indute, pugiones seu longos cultellos sub eisdem minime deferentes, tonsuras & coronas habeant quoslibet ordines concedentes, in biretis & calceis honestatem præ se ferant crurium sive tibiarum nuditatem fugientes.

Sub

Sub divinis a deambulationibus per ecclesiam abstineant, confabulationes seu colloquia inter se vel cum aliis non habeant divinum cultum præsertim impedientia, seditiones in choro non excitent nec clamores moveantur, levitates denique omnes vitent sed potius in omnibus gravitatem devotionem & maturitatem posse tenus observent, quod si quisquam præmissorum transgressor exstiterit & Canonicus fuerit a Decano & Capitulo, sin autem Vicarius, a Decano aut seniore pro excessuum qualitate graviter puniatur.

CAPVT XXXV.

De silentio & modestia servanda in sacristia.

Missas præterea celebraturi in sacristia dum se se induunt vel alii ingredientes verba inutilia, forensia, turpia aut levitatem sonantia aut alia colloquia chorum aut divinum cultum impedientia omnino omittant, per Decanum (si hujusmodi transgressor vicarius) vel Decanum cum Capitulo (si Canonicus fuerit) infligenda pœna.

CAPVT XXXVI.

De modo psallendi & cantandi, nec non prohibitis colloquiis tempore Divinorum.

Quandoquidem valde iniquum est & res pessimi exempli, ut tempore quo divina celebrantur officia Canonici Vicarii beneficiati qui tempore divinorum devotissime psalmodiæ deberent intendere confabulationes aliaque inter se colloquia ad divinum Officium minime spectantia habeant, statuimus

mus ac ordinamus, ut dicti Canonici, Vicarii prædicti ecclesiæ sub divinis officiis in choro a confabulationibus, susurrationibus, sibilis, strepitibus & risibus prudenter abstineant, ut Deo devotum, pro ut tenentur, præstent famulatum (illis tamen quos officii aut alia urget necessitas loquendi exceptis) simul psallant, concinant aut sacræ lectioni diligenter intendant, psalmodias decenter alte vel basse secundum temporum exigentiam verba non præcipitando nec syncopando non festinando neque alterum in psallendo præveniendo sed pausas debitas in medio faciendo ad Cantorem ex una parte chori & ex altera parte ad rectorem advertentiam habendo perfecte & concorditer legant Deo omnipotenti per hoc debitas gratiarum actiones referentes, si quis autem contra fecerit per Decanum dictæ ecclesiæ aut in absentia ipsius per seniorem Prælatum seu Canonicum a præsentia seu corpore præbendæ seu Vicariæ per unum diem irremissibiliter suspendatur aut ultra ad arbitrium Decani aut eo absente ejus locumtenentis.

CAPVT XXXVII.

Quando standum sit in choro detectis capitibus vel genua flectenda.

Mandamus insuper personis dictæ ecclesiæ sub pœna suspensionis fructuum beneficiorum suorum & præsentiarum unius diei, quatenus lectione Evangelii verbi veritatis decantatione divinæ laudis, psalmorum *Magnificat*, *Te Deum Laudamus. Benedictus*, &: *Nunc dimittis*, laudes & gratiarum acti-

actiones ſtantes & erecti in ſtallis ſuis diſcoopertis capitibus referant. Inſuper in lectione precum genua flectant pœna ſub ſimili toties quoties irremiſſibiliter perſolvenda & ad ornatum eccleſiæ applicanda.

CAPVT XXXVIII.

Quod prælati, Canonici & ſex præbendarii ſuos actus Chori per ſe ipſos faciant.

Statuimus quoque ut Prælati Canonici & ſex præbendarii cum in certis feſtivitatibus ad aliquem actum chori perficiendum ordinarie ſeu ex intitulatione & inſtitutione deputati fuerint per ſe & in eorum propriis perſonis hujusmodi actum exerceant & exequantur, niſi neceſſitas ſeu infirmitas corporalis aliquem excuſet, quo caſu volumus hujusmodi actum per unum ſimilis conditionis ſupp- vel adimpleri ſub pœna clauſtrali aut ſuſpenſionis executionem hujusmodi mandati Decano aut ejus locumtenenti committentes.

CAPVT XXXIX.

De modo intereſſendi divinis ac deſerviendi præſentias. Qualiter tarde venientes ad officia præſentiis carere debeant?

Præterea cum redditus ac proventus eccleſiaſtici propter divina officia celebranda inſtituti ſint & quemadmodum integros ſuorum beneficiorum fructus Clerici percipere deſiderant, ita æquum eſt ut integre fideliter divinis officiis intendant. Ideo ſuper omnia divinum cultum augeri cupientes, ab-

uſum

usum illum penitus tollimus & abolemus, qui in dicta ecclesia *S. Petri* aliquando viguit hucusque, ut Canonici & Vicarii divinis officiis pro modico temporis spatio interessentes integras præsentias seu distributiones aut alia emolumenta percipiant; statuimus igitur & mandamus ut quicunque beneficiatus dictæ ecclesiæ in matutinis in primo psalmo usque ad finem, inmissa post tertium Kyrie eleyson usque ad complendam in Vesperis & completorio ante secundum psalmum usque ad finem non continuaverit, præsentiis illius diei aut partis deserviendis pro tertia parte careat, nisi aliquem ex hujusmodi beneficiatis missam infra matutinas aut statim post celebrare contingat, mandantes Cantori dictæ ecclesiæ pro tempore existenti & in ejus absentia vices gerenti in virtute sanctæ obedientiæ, quatenus tales non interessentes diligenter conscribat & executionem hujusmodi jam dicto nostro mandato volumus, sed ipsis præsentibus & divinis interessentibus juxta moderationem & limitationem sequentis Capituli volumus æquiparari, negligentes vero primam, tertiam, sextam, nonam horas aut aliquam ex eis pro arbitrio Decani vel ejus vices gerentis corrigantur.

CAPUT XL.

De infirmis & non exeuntibus ædes, quo casu tales præsentiis & fructibus ipsorum beneficiorum gaudere possint?

Observetur cum talibus constitutio prædecessoris nostri Episcopi *Joannis* infra descripta in eodem pun-

puncto, quam in præsentibus declaramus, nisi quod in evidenti & notoria infirmitate constitutus esset aut per fide dignam personam Decanum vel vices ejus gerentem super infirmitate sua & quod ædes exire non possit, certificabit, quoniam eidem vel consimilibus præsentiæ denegari non debent.

CAPVT XLI.

In quem usum præsentiæ absentium sunt convertendæ?

Mandamus insuper ne præsentiæ absentium inter præsentes dividantur, sed in augmentum communis præsentiæ videlicet ad truncum præsentiarum erectum deponantur.

CAPVT XLII.

Ne personæ Ecclesiæ sub divinis sine religione Ecclesiam ingrediantur.

Item nullus Prælatorum Canonicorum vel Vicariorum sub divinis absque religione seu superpelliceo præfatam ecclesiam ingredi aut per ipsam sive cemeterium vel ambitum ipsius spatiari vel vagari præsumat sub pœna suspensionis quam ipso facto incurrat.

CAPVT XLIII.

De pœna illorum qui tempore Divinorum vagantur per ecclesiam, ex statutis Concilii Basiliensis.

Quicunque in ecclesia beneficiatus præsertim de majoribus divinorum tempore per ecclesiam vel foris circa ipsam deambulando aut cum aliis collo-

quendo vagari visus fuerit, quod intelligimus, nisi talis legitimam causam haberet, non solum illius horæ sed totius diei præsentiam ipso facto amittat, qui si semel correctus non destiterit, per mensem distributionibus careat vel graviori, pertinacia exigente pœnæ subjaceat, ita ut tandem desistere cogatur; quoniam autem ex actis visitationum aliquando factarum compertum habemus nonnullas ecclesiæ personas adeo effrænes & inverecundas existere ut chorum sub divinis persæpe exeant & focarias seu famulas suas cum quibus de vitio carnis suspectæ habentur, absque rubore, verecundia publice in ecclesia alloquantur in maximum scandalum populi & ecclesiastici status confusionem, quos quidem beneficiatos tali modo delinquentes pœnæ in dicto Generalis Concilii statuto comprehensæ presenti nostro decreto volumus subjacere.

CAPVT XLIV.

De feriis ac missis legendis nec non anniversariis peragendis.

Volumus constitutionem Prædecessoris nostri Episcopi *Joannis* eo puncto ad hanc rubricam applicari & in hujusmodi casibus observari, & si opus est, Decanus potestatem habeat hujusmodi negligentibus quoad ferias complendas pœnam pecuniariam infligendi vel aliam prout sibi visum fuerit, de qua pœna pecuniaria æditiuus ecclesiæ partem habeat in finem ut eosdem negligentes diligenter ad vertat, quibus prædictis etiam adjungimus, quod missæ secundum ordinem Chori vel personarum legendæ

gendæ vel celebrandæ tempeſtive illis intimentur ſive inſinuentur quibus ex ordine eas legere incumbit.

CAPVT XLV.

Quod officium privatum ſub divino officio non dicatur.

Volumus præterea, quod quælibet perſona Eccleſiaſtica in choro exiſtens dum horæ Canonicæ decantantur, ſe choro conformet cantando, pſallendo, nec privatum officium ſub iisdem dicat ſub pœna privationis præſentiæ illius horæ vel totius diei ſecundum arbitrium Decani.

CAPVT XLVI.

Quibus feſtis vel temporibus ſumma miſſa cum miniſtrantibus ſit celebranda?

Item volumus ut ſingulis diebus Dominicis ac feſtis novem lectionum nec non diebus feſtis infra octavas Paſchæ & Pentecoſtes ſumma miſſa in ſæpedicta Eccleſia cum miniſtris videlicet Diacono & ſubdiacono indumentis competentibus & ad hoc ordinatis, indutis ſolemniter celebretur.

CAPVT XLVII.

Quod Decanus quoad vicarios ad exequendum ſtatuta ac ad eorundem pœnam exigendam ſit obligatus.

Quamvis autem Decanus ut Caput & Prælatus Eccleſiæ dictæ ad manutenendum omnia ſtatuta ſupra ſcripta & ſequentia noviter edita ac innovata obligatus exiſtat, tamen ad aliquorum ſtatutorum exe-

executionem, ut partim in iisdem continetur eum volumus singulariter esse astrictum videlicet quod ipse juxta statutorum illorum sive ordinationum tenorem quoad vicarios procedat ad executionem pœnarum culpabilibus infligendarum nec non alia inpuncta Decanatum & personam Decani concernentia in omnibus & per omnia fideliter studeat adimpleri, exequi & manuteneri sub pœna gravi ad denunciationem Capituli per nos & successores nostros eidem infligenda ac imponenda.

CAPUT XLVIII.

De executione pœnarum infligendarum Canonicis delinquentibus & statutorum transgressoribus.

Quoad Canonicos vero prædictorum statutorum transgressores statuimus, quodsi quisquam ex eis culpabilis repertus fuerit, Decanus (si Capitularis sit) alias senior Canonicus & capitulum eundem Canonicum juxta pœnam constitutioni vel statutis insertam punire teneatur nisi talis correctio & executio specialiter in his statutis Decano esset reservata, & si negligentes fuerint, volumus eosdem quoque gravi pœnæ per nos & successores nostros dictandæ & infligendæ subjacere.

CAPUT XLIX.

De suspensionibus & cui sint applicandæ.

Item ordinamus quod suspensiones tam Canonicorum quam sexpræbendariorum similiter etiam vicariorum suspensioni Ecclesiæ nostræ cedant.

CA-

CAPVT L.

De suspensis ac eorum pœna & qualiter restitui debeant?

Suspensus specialiter vigore illorum statutorum vel alio modo durante hujusmodi suspensione carebit fructibus corporis præbendæ vel beneficii sui, similiter etiam præsentiis, nihilominus tamen taliter suspensus debet ad ingressum chori & ecclesiæ admitti, nisi fuerit excommunicatus aut specialiter a divinis sive officio aut ingressu ecclesiæ suspensus quia tales omnino cavere debent ne se divinis ingerant, alioquin ex juris dispositione fiunt irregulares & licet in jure notæ sint species vel modi suspensionum, tamen in proposito eum suspensum specialiter dici & intelligi volumus, qui duntaxat a perceptione fructuum est suspensus. Talis autem suspensus tamdiu suspensus & pro suspenso habeatur, donec a Decano in Ecclesia infra divina humiliter flexis genibus restitutionem petendo more solito restitutus fuerit, sicque nullus suspensus aliter quam sub divinis restituatur.

CAPVT LI.

Quod Magistri suspensionum cum Cellerario notantur & diligenter signare teneantur dies suspensionum.

Item singulis annis deputentur duo magistri suspensionum qui sub juramento suo per ipsos præstando una cum Cellerario fideliter scribant suspensiones omnium decem & octo personarum. Insuper quilibet suspensus tempore restitutionis petendæ habeat secum Cellerarium vel unum ex Magistris su-

ſpenſionum vel aliam perſonam, quæ dictis Cellerario aut Magiſtris ſuſpenſionum relationem faciat, cum quibus vel altero eorum computet dies ſuſpenſionis ac abſentiæ ſuæ, quos tunc Cellerarius libro ſuſpenſionum inſcribat, alioquin quamdiu reſtituendus hoc non fecerit, pro non reſtituto habeatur.

CAPVT LII.

Quod nullus reſtitutionem obtineat, niſi prius pœnam pecuniariam perſolvat.

Ne autem pœna ſuſpenſionis, dum in ſtatutis illis prædictis & ſequentibus transgreſſoribus infligitur, vileſcat & parvi pendatur, ſtatuimus ſicut per Prædeceſſoris noſtri commiſſarios aliquando fuit ordinatum, quod nullus vigore dictorum ſtatutorum ſuſpenſus per Decanum aut ejus vices gerentem reſtituatur niſi prius pecuniariam pœnam perſolvat, ſic videlicet, ſi Canonicus vel ſexpræbendarius fuerit, quartam floreni partem fabricæ, ſi vero Vicarius octavam partem trunco præſentiarum applicandam perſolvat.

CAPVT LIII.

De clavibus ad ſigillum Capituli deputatis & qualiter eodem ſigillo litteræ ſint ſigillandæ?

Vetus ſtatutum eſt prædeceſſoris noſtri *Gerlaci* Epiſcopi Wormatienſis quod præſentibus innovamus, ut ſigillum Capituli in aliqua arca firma ſeu tuto reſervaculo ſcilicet tribus clavibus includatur & ſervetur, quarum unam Decanus alias vero duas claves duo ſeniores ſeu maturiores Canonici Capitu-

pitulares habeant, dummodo tamen Cuſtos eccleſiæ non ſit unus ex illis Canonicis, & ſi Decanum vel alium hujusmodi claves habentem abeſſe contigerit, alteri poſt eum ſeniori canonico præſenti committat, neque duæ claves ex illis ſimul apud unam perſonam ad tempus etiam quantumcunque modicum collocari vel conſervari debeant; præterea nunquam eodem ſigillo aliquæ litteræ ſigillari debeant, niſi præſente toto capitulo vel majori & ſaniori parte ejusdem, quemadmodum in præfata conſtitutione cavetur.

CAPVT LIV.

De clavibus ad ſtubam Capitularem pertinentibus.

Decanus qui conſuevit ſemper eſſe præſens, habeat in ſua cuſtodia claves ad ſtubam Capitularem & alia in eadem incluſa vel exiſtentia, & ſi contigerit eum abeſſe etiam per unum diem, easdem ſeniori Canonico pro tempore præſenti tradere & committere debebit.

CAPVT LV.

De clavibus ad ſecreta Eccleſiæ vel Capituli ordinatis.

Quatuor claves ſint ad ſecreta Eccleſiæ & Capituli ordinatæ, quarum tres ad primam portam pertinent & de illis tribus Diffinitor decem & octo perſonarum duas, tertiam unus alius ex Canonicis vel ſexpræbendariis, clavem vero quartam & magnam ad ſecundam portam Decanus pro tempore habeat. Ordinamus præterea firmiter in perpetuum obſer-

vari præcipientes, quod nulla dictarum personarum se sola neque duo ex iis, sed simul omnes tres, cum necessitas postulaverit, dicta secreta accedant vel aperiant, diligenter insuper Decanus & alii provideant, ne aliquæ litteræ vel jura ecclesiam, Capitulum vel vicarios concernentes aufferantur, deportentur vel alienentur, & si casus obtulerit, quod vicarii vel alii litteris aliquibus vel originalibus opus habeant quibus in judicio ecclesiastico vel sœculari utantur, vel pensio aliqua a possessoribus beneficiorum reematur, sicque eo casu litteræ sint restituendæ vel emptore reluente pensionem, illud ante omnia cum scitu & consensu sive tractatu ejusdem Capituli vel omnium eorum quorum interest præcedente fiat; Ordinetur etiam registrum ad hujusmodi testudinem vel reservaculum ut Vicarii sive alii in prædictis casibus hujusmodi litteras antequam deportent, in eodem registro conscribant aut consignent.

CAPVT LVI.

De clavibus quibus clauduntur reliquiæ & ornamenta Ecclesiæ.

Claves ad reliquias, vasa argentea & similia ornamenta ecclesiæ custos sicut hactenus consuetum fuit, penes se in bona custodia servet & teneat, quibus singulariter præesse & providere debet. Insuper æditus claves ad ecclesiam & ornamenta sacerdotalia videlicet calices & alia habebit, qui pro iisdem fideliter custodiendis speciale juramentum ac cautionem fidejussoriam præstare teneatur,

tur, nihilominus tamen volumus, ut præfatus custos ecclesiæ juxta officium suum ipsius æditui sit diligens superattendens.

CAPVT LVII.

De ornatu sive ornamentis Ecclesiæ respiciendis & conservandis.

Statutum est Provinciale sub titulo de rebus ecclesiæ non alienandis scriptum quod ornatus & libri ecclesiæ bis in anno ad minus inspiciantur a capitulo diligenter & sub sigillis Prælatorum & Capituli ponantur & sigillatim in scripto ut sciatur imposterum, si de ipsis augmentatum sit aut detractum. Pro conservatione hujus Statuti adjungimus etiam constitutionem *Joannis* Episcopi Wormat. De inventario pro ornamentis Ecclesiæ conscribendis & visitatione annuatim perficienda, quam constitutionem latius extendentes & declarantes injungimus hujusmodi officium visitandi & respiciendi ornatum ecclesiæ ipsis Decano & Custodi singulis annis sub pœnis suspensionis fideliter exequendi.

CAPVT LVIII.

De curiis claustralibus.

Pro incremento ac utilitate fabricæ Ecclesiæ, quæ pleraque onera & gravamina sustinet, statuimus deinceps, curiæ claustrales cum vacaverint, cedant fabricæ cum censibus & gravaminibus antiquis quæ postea per Decanum & Capitulum Canonicis ac deinde sexpræbendariis exhibeantur venales pro annuo censu ad dies vitæ possessorum elocentur se-

 cun-

cundum prærogativam ſenii ita videlicet ut in hujusmodi venditione vel elocatione ſeniores junioribus præferantur, *i)* Volumus tamen ut Decanus & Capitulum in hujusmodi venditione vel locatione curiarum ſingulariter ac diligenter attendant ad eos qui priores ſuas curias vel domos non ſervaverunt vel tenuerunt in debita ſtructura juxta cognitionem ipſorum viſitatorum & commiſſionem ſingulis annis ab eisdem viſitatoribus illis poſſeſſoribus negligentibus factam, quoniam talibus curiæ vacantes neque vendi neque locari debebunt; Quin imo Decanus & Capitulum cum Magiſtro Fabricæ etiam eosdem punire teneantur, quemadmodum ſæpe mentionata conſtitutione prædeceſſoris noſtri *Joannis* Epiſcopi cavetur. Inſuper poſſeſſores curiarum illarum clauſtralium cenſus Fabricæ debitos ſive antiquos ſive novos & conductione ſingulis annis tempore conſtituto ſolvere teneantur; ſimiliter etiam Decano & Capitulo liberum ſit, in locatione illarum curiarum cenſus Fabricæ præſtandos augmentare vel minuere pro conditione temporis vel curiæ, ſi bene conſtructa vel ruinoſa ſit, æquitate tamen in omnibus ſervata.

CAPVT LIX.

Nullus imploret auxilium poteſtatis ſæcularis vel laicalis contra Eccleſiam ſeu perſonas ejusdem.

Ad præcavendum ſcandala, incommoda & diſpendia tam dictæ eccleſiæ quam perſonarum ejusdem ſta-

i) Modus hic differt ab optione ædium ordinaria, de qua alibi.

statuimus ut nullus dictæ Ecclesiæ Prælatus, Canonicus vel Vicarius contra Decanum, Capitulum, singulares canonicos seu vicarios hujus Ecclesiæ aliquam faciat querimoniam potestati laicali vel sœculari, cujuscunque præeminentiæ, nobilitatis aut conditionis fuerit, nec aliquam sœcularem personam pro auxilio vel defensione extrajudiciali contra dictæ ecclesiæ personas conjunctim judicare per se vel alium interpellet vel imploret sub pœna suspensionis fructuum præbendæ vel vicariæ nec non carentiæ præsentiarum, quam pœnam Decanus & Capitulum unicuique in hoc delinquenti, veritate comperta, irremissibiliter pro eorum arbitrio imponere possunt ac debent juxta delicti qualitatem & in eventum quo etiam ejusmodi querela ecclesia vel personæ ejusdem conjunctim vel divisim aliquod incommodum dispendium vel damnum paterentur, ex tunc talis qui hujusmodi querelas facit, omnia illata damna resarcire ac Ecclesiam personasque in quantum illius facultates & bona se extendunt, indemnes servare teneatur, & si facultates ejus non sufficient, nihilominus parti læsæ contra talem per nos aut officiales & successores nostros justitia administretur.

CAPVT LX.

Nullus sine consensu Decani vel capituli resignet vel permutet.

Statuimus ut nullus Prælatorum, Canonicorum, sexpræbendariorum præbendam vel vicariam vel beneficium suum resignare vel permutare præsumat sine speciali consensu Decani aut Capituli.

CA-

CAPVT LXI.

Quid agendum ſit cum Canonicis vel vicariis volentibus via permutationis vel reſignationis a Collegio diſcedere.

Item ſi contingat aliquem Canonicum vel Vicarium ab hac eccleſia via permutationis vel reſignationis recedere, ſe ad alium locum præſertim extra Diœceſin Wormatienſem transferendo, volumus quod Decanus & Capitulum eidem, qui conſenſum permutandi vel reſignandi petierit, ad memoriam reducant juramentum per ipſum tempore adeptæ poſſeſſionis præſtitum quo inter cœtera continetur, quod ſuper cauſis inter ipſum ſeu Eccleſiam ſeu perſonas ejusdem ante ſuum receſſum exortis coram nobis aut ſucceſſoribus noſtris vel officialibus noſtris jus & juſtitiam recipere velit, exhortando eundem ſi quam cauſam aut cauſas conſimiles habeat, quod illius juramenti mèmor ſit, ſimiliter etiam talis exhortando aviſetur, quod ſecreta Capituli vel eccleſiæ, ſi qua intellexerit vel ſciat, ed dies vitæ ſuæ celare velit quemadmodum tempore admiſſionis ad capitulum vel convocationis jure jurando promiſerit ſervari. Item volumus cum Notario aut Syndico, ſi diſcedere voluerit.

CAPVT LXII.

De publicis & notoriis criminibus puniendis.

Inſuper ſtatuimus & ordinamus, quodſi Canonicus, ſexpræbendarius vel vicarius præfatæ eccleſiæ aliquod publicum crimen commiſerit, ut puta, ali-

aliquem laicum vel clericum aut mulierem in publicis tabernis vel plateis violenter percusserit aut alias male tractaverit, aut diu noctuque tabernas publicas & diversoria frequentare solitus fuerit se inebriando sive alias insolentias exercendo etiam post piam admonitionem eidem factam, ex quibus excessibus publicum scandalum aut periculum eidem delinquenti vel aliis personis ecclesiæ vero similiter oriri vel generari possit & etiam delictum evidentia facti vel confessione adeo notorium sit, ut nullam judicialem indagationem requirat, ex tunc Decanus & Capitulum eundem delinquentem vel reum juxta delicti qualitatem inclaustrare vel suspensione punire habebunt & debebunt ejus contradictione vel appellatione non obstante, nisi talis excessus esset adeo magnus & enormis, quo casu præcipimus eundem reum ad nos & successores nostros, si opus sit, vinctum, modestia tamen servata, esse remittendum.

CAPVT LXIII.

De personis incorrigibilibus vel quæ a correctione appellare intendunt.

Statuimus quoque, ut si aliqua persona ecclesiastica sive Canonicus sexpræbendarius vel vicarius propter ejus excessum vel transgressionem per Decanum & Capitulum seu majorem & saniorem ejus partem inclaustratus vel suspensus fuerit, per quam pœnam se judicio suo læsum & gravatum sentiat, dicendo se minus legitime correctum vel quod modus excedatur ac propterea ad Nos vel Officiales nostros

noſtros appellare intendat, ex tunc talis appellatione & gravaminibus ſuis coram Decano & Capitulo antea patefactis & expoſitis, liberam habeat facultatem, Nos & ſucceſſores noſtros ſuper hujusmodi gravamine reddere certiores, nihilominus tamen in correctione velut filius obedientiæ perſeveret & eo caſu etiam Decanus & Capitulum ſuper hujusmodi cauſa correctionis vel pœnæ appellanti impoſitæ nos ſcriptis ſuis informare teneatur, ad quæ utriusque partis ſcripta & allegata cognitis cauſæ meritis decernemus id, quod pro qualitate exceſſus juſtum & æquum nobis viſum fuerit. Caveat ergo quisquis punitus, ne frivole a correctione appellet, ſi ſaltem majorem pœnam a nobis imponendam effugere velit. Si autem talis punitus appellatione interpoſita temerario auſu clauſtrum exierit vel pœnam impoſitam ſuſtinere de facto recuſaverit, ex tunc eundem ipſo facto ac præſenti decreto a perceptione omnium fructuum ac præſentiarum ac etiam a divinis ſuſpenſum eſſe volumus, in qua quidem ſuſpenſione ac contumacia ſi ſupra quindenam tanquam inobedientiæ filius & obſtinata mente perſeveraverit vel manſerit, contemptis non ſolum juramento ſuo Decano & Capitulo præſtito ſed & hac noſtra conſtitutione, ſicque incorrigibilis exiſtat, ex tunc præfati Decanus & Capitulum talem rebellem, inobedientem & incorrigibilem cum omni diſcretione & modeſtia, qua poterunt, nobis & ſucceſſoribus noſtris transmittant, debita pœna juxta delicti qualitatem & juſtitia exigente puniendum.

CA-

CAPVT LXIV.

Nulla persona Ecclesiæ publicas tabernas inhabitet, neque mensam in eisdem vel expensas habeat seu conducat.

Item volumus, quod nullus Canonicus sexpræbendarius vel Vicarius in Residentia existens de cætero publicas tabernas vel diversoria inhabitet vel mensam ordinariam in eisdem conducat seu commensalis hospitis sit sub pœna suspensionis a corpore & præsentiis, quam contraveniens huic nostro decreto post avisationem sibi factam eo ipso incurrat.

CAPVT LXV.

Quod personæ Ecclesiæ curias domos & alia bona immobilia in debita structura & cultura teneant & quod annuatim per deputatos visitentur.

Volumus atque mandamus quod omnes personæ ecclesiæ, prælati, Canonici sexpræbendarii & vicarii curias suas, domus, possessiones, vineas, agros aliaque bona immobilia præbendarum & beneficiorum suorum in debita cultura & structura congruis temporibus fiendis teneant & conservent & quidquid illis vel alicui, illorum per visitatores singulis annis deputandos ad reparandum vel restaurandum injunctum fuerit absque mora diligenter exequantur ac restaurari procurent & quod hujusmodi articulum de visitandis curiis & possessionibus ac modo servando specialiter constitutionem Prædecessoris nostri *Joannis* Episcopi Wormatiensis similiter declarationem *Henrici Keissers* subsecutam

cutam de tempore deputandorum visitatorum præsentibus innovamus districte præcipientes, ut singulis annis observentur, practicentur ac exequantur, quam constitutionem quoque ad vineas, alia prædia rustica quæ annali vel biennali visitatione egent, extendimus, deputatis ad hoc illis, qui earum rerum experientiam habent, addentes etiam ipsi Magistro fabricæ pœnam, ut, si in his negligens fuerit, ipso facto sit suspensus, si autem idem Magister fabricæ officio suo in prædictis satisfecerit volumus vicissim ut Decanus & Capitulum eidem pro laboribus suis congruum salarium vel remunerationem de Corpore, beneficii illius neglectis recipiendum vel a fabrica eidem solvendum ordinent & taxent contradictione aut appellatione cujuscunque non obstante.

CAPUT LXVI.

Quod personæ Ecclesiæ super censibus, proventibus & bonis beneficiorum suorum Decano registra exhibeant.

Volumus quod omnes personæ ecclesiæ, Canonici, sexpræbendarii & Vicarii ad requisitionem Decani & Decanus ad requisitionem Capituli edant & exhibeant registra omnium bonorum, possessionum, prædiorum, reddituum, proventuum, obventionum in quibuscunque rebus consistentium ad Prælaturas, præbendas & beneficia sua pertineant distincte & ordinate conscriptorum, contradictores vero & negligentes aut qui scienter aliqua ex prædictis non conscripserint, habeantur & teneantur

suspensi

ſuſpenſi a perceptione omnium fructuum & præſentiarum donec emendaverint ſe & obedientes oſtenderint; per hoc tamen nolumus derogaſſe ſtatuto, cujus ſupra mentionem fecimus, videlicet quod vicarii de quadriennio in quadriennium regiſtra beneficiorum ſuorum exhibere teneantur.

CAPVT LXVII.

Quod cenſus, redditus, obventiones, poſſeſſiones & prædia omnium præbendarum, dignitatum & Vicariarum Eccleſiæ in unum librum conſcribantur.

Super hoc articulo ſimiliter nos ad præfatam conſtitutionem *Joannis* Epiſcopi infra ſcriptam remittimus, mandantes eandem firmiter obſervari, ante omnia tamen provideatur, ut litteræ originales præbendarum & beneficiorum apud eccleſiam remaneant & conſerventur, copiis eorum poſſeſſoribus datis & exhibitis.

CAPVT LXVIII.

Quod bona, prædia, redditus & poſſeſſiones Eccleſiæ vel beneficiorum non vendantur vel oppignorentur absque licentia Epiſcopi petita & obtenta.

Prædicta conſtitutio *Joannis* Epiſcopi hoc idem prohibet, quam præcipimus obſervari.

CAPVT LXIX.

De Curia Decanali.

Anno Dñi MCCCVII. *Geroldus de Havenſtein* Decanus legavit curiam ſuam Decanatus ita videlicet,

quod Decanus qui pro tempore fuerit XX. libras hlls. assignet ecclesiæ, quæ in emptionem redditu-um annuorum convertantur & in anniversario suo præsentibus dividantur; si vero Decanus tunc ex-istens prædictam curiam inhabitare noluerit, ipsam Canonico ecclesiæ pro prætaxata pecunia ad tem-pus vitæ suæ vendat, & si idem Decanus Canoni-co, cui curiam vendiderat, super vixerit & ipsam postea inhabitare voluerit, prædictas XX libras hlls. in usum prædictum convertendas assignet, si vero Decanus nec Canonicus prædictam curiam emere voluerit, ex tunc Vicario ecclesiæ, quicun-que fuerit, pro XX libris hlls. vendatur & sic quam-diu sœpedicta curia durare poterit pro XX talen-tis vendatur & in usus præsentiarum in anniversa-rio meo dividendarum assignetur.

CAPVT LXX.

De curiis & domibus claustralibus.

Nos *Geroldus* Decanus & totum Capitulum Eccle-siæ Wimpinensis considerantes, quod curiæ & do-mus claustrales, quas Canonici & Vicarii nostræ ecclesiæ inhabitant, tum propter multitudinem cen-sus a predecessoribus nostris curiis & domibus im-positam, tum propter vetustatem & fragilitatem earundem desolationi patent & ruinis, igitur ut ca-nonici & vicarii curiis & domibus quas inhabitant eo liberius & citius ædificando succurrant, statui-mus ac unanimi consensu & voluntate promittimus, quod quilibet Canonicorum vel Vicariorum curi-am aut domum ipso vivente vel post mortem per

manu

manu fideles ſuos uni canonicorum, cui voluerit, gratis donare vel pro pro pecunia vendere liberam habeat facultatem; ſi vero nullus Canonicorum poſtquam domus vel curia venditioni fuerit expoſita, emere curaverit infra menſem, ex tunc prædictus venditor vel ſui manu fideles uni Vicariorum vendere poterit, ſi autem unus Canonicorum vel vicariorum pro curia vel domo vendenda plus altero exhibuerit, ipſam domum vel curiam pro tanto, quanto plus exhibuerit, emere oportebit. Præterea permittimus, ſi Canonicus vel vicarius cenſum curiæ vel domus ſuæ commutare voluerit, totam ſummam pro agris, pratis, vineis quæ nulli advocatiæ vel dominio ſubjacent, ac totum cenſum annuatim ſolvere voluerint, eccleſiæ noſtræ donet & aſſignet. Item omnes domus ſeu curiæ clericorum quas clerici de membro iſtius eccleſiæ exiſtentes inhabitant, ſimiliter exactione ſeu ſteura liberæ ſunt, ſed ſi eædem domus vel curiæ laicis vendantur, exactioni Domini Regis ſubduntur, quas ſi clericus iterato emit & inhabitat, iterato priore libertate perfruuntur.

Sequuntur modo aliquæ conſtitutiones Epiſcoporum Wormatienſium ſtatutorum libro inſertæ & in ſupra ſcriptis ſtatutis ſeu ordinationibus aliquoties allegatæ.

Conſtitutio Gerlaci Epiſcopi.

In nomine Domini Amen. *Gerlacus* D. G. electus & confirmatus Epiſcopus Wormatienſis dilectis in

 Chri-

Chriſto ſibi Præpoſito, Decano, Capitulo cæterisque perſonis, Vicariis Eccleſiæ Wimpinenſis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum officio noſtro Paſtorali congruat ſtatum eccleſiarum nobis ſubditarum illœſum conſervare & in eis hactenus male obſervata in melius reformare hinc eſt, quod ex ſpeciali commiſſione per vos in nos facta prout in libris deſuper confectis & ſigillo Capituli veſtri ſigillatis continetur, poſſimus & tenemur; inprimis igitur ſtatuimus & ordinamus ac ſub pœna ſuſpenſionis ab officio omnibus ac ſingulis præcipimus & mandamus, ut divinum officium horis debitis ſolenniter celebretis & quilibet Canonicorum & Vicariorum ſuis diebus per ſe cantet & legat ſed impeditus legitime per alium idoneum hoc fieri procuret; Decanum etiam Eccleſiæ veſtræ, cui cura talium ſpecialiter imminet, hortamur in Domino, ut excuſſo negligentiæ ſomno in promotione Divini officii de cœtero jugiter tam ſollicite vigilet, ne culpa ſuæ negligentiæ exigente graves juris & noſtras pœnas, cum contingat, non immerito reformidare. Item ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam in ſcriptis incurrere, canonica tamen trium dierum monitione præmiſſa volumus transgreſſores hujusmodi noſtri mandati, præcipimus, mandamus & infra octo dies a publicatione præſentium proxime computandos ſub tribus diverſis clavibus in arca firma ſigillum concludatur, quarum unam Decanus qui pro tempore fuerit, habebit, alias vero duas habebunt duo ſeniores in introitu, dum tamen cuſtos non fuerit unus ex illis

lis

lis ſenioribus, quem cuſtodem aliquam illarum trium clavium nolumus retinere, cum idem totum armarium eccleſiæ habeat ſub clauſura, & ſi Decanum vel alium claves hujusmodi habentem abeſſe contigerit, alicui ſeniori poſt eum in introitu, præſenti committat, quod ſic committendo & deſcendendo per ſingulos per omnia volumus obſervari. Nolumus tamen quod duæ claves hujusmodi apud unam perſonam ad tempus quantumcunque modicum conſerventur, ſi pœnam ſupradictam voluerit evitare. Item ſub eadem pœna excommunicationis latæ ſententiæ, canonica tamen monitione præmiſſa præcipimus & mandamus, ne de cætero aliquæ litteræ & ſpecialiter ſuper receptione Canonicatuum ſub expectatione præbendarum a quibuscunque ſigillentur, niſi requiſitis requirendis & majoris & ſanioris partis capituli vel totius, ubi juris neceſſitas hoc requirit. . . Cœterum in his ſcriptis caſſamus & irritamus omnes, ſi quæ hujusmodi factæ ſunt clandeſtine receptiones, cum & juri communi & ſtatutis Provincialibus contrariæ ſint, directe reſervantes nobis ex nunc omne illud jus quod per caſſationem & reſervationem prædeceſſorum noſtrorum Wormatienſium Epiſcoporum de talibus receptionibus nobis & ipſis exiſtit acquiſitum. Item quia plus timeri ſoleat, quod ſpecialiter præcipitur, quam quod generaliter imperatur, precipimus ſpecialiter & mandamus, quatenus ſecundum rationis exigentiam Decano obedientia & cœteris reverentia exhibeatur in licitis & honeſtis. Item Decanus ſubditos ſuos exemplo

ſalvatoris qui fecit & docuit, non ſolum verbo corrigat, ſed etiam inſtruat verbo & exemplo, nam quod a Prælato agitur, a ſubditis facile trahitur in exemplum. Item ſub pœna excommunicationis præcipimus & mandamus, ut vina, blada, numerata pecunia & aliæ res Eccleſiæ non dentur alicui perſonæ ſine juſta & urgente cauſa & totius vel majoris partis capituli præſentis ibidem & maxime in caſibus in quibus abſentes merito ſunt vocandi. Item ſub pœna excommunicationis, quam Canonica monitione præmiſſa, transgreſſores incurrere volumus, præcipimus & mandamus, ut nulla perſona eccleſiæ vadat ſub expenſis communibus ad torneamenta, haſtiludia aut alios.... privatos uſus aut commenda non communia, ut non ex talibus fraudibus eccleſiæ præjudicium generetur. Item ſub interminatione divini judicii præcipimus & mandamus, ut ipſius eccleſiæ conſuetudines rationabiles in antea ſine fraude obſerventur, quibus deficientibus recurratur ad conſuetudines matricis Eccleſiæ, poſt has ad jus commune. Si vero conſuetudo allegata negetur ab aliquo, cujus intereſt, allegans ipſam ex tunc neceſſario habeat probare per duos idoneos teſtes de eccleſia, qui in virtute juramenti per eos Eccleſiæ præſtiti deponant & affirment ſe ita & usque in præſentem diem non aliter vidiſſe, audiviſſe in certis terris judicari. Item ſtatutum (ſi ſic dici mereretur) eccleſiæ, quod abſentes duas partes fructuum præbendæ, tertia relinquenda eccleſiæ percipere indulget, propter paucitatem Deo ibidem ſervientium in his ſcriptis caſſa-

caſſamus, irritamus & perpetuo abolemus. Item in virtute ſanctæ obedientiæ firmiter præcipimus & mandamus ut ſingulis annis ad minus ſemel officiati veſtri, portarius, cellarius, Magiſter Fabricæ, præſentiarum, ſuſpenſionum & cœteri officiati quocunque nomine cenſeantur, de officiis ſuis, creditis, debitis, neglectis in Capitulo, convocatis ad hoc omnibus & ſingulis Canonicis, præbendariis vicariis, quorum intereſt, pro tunc præſentibus, qui volunt & poſſunt intereſſe, reddant debitam rationem. Item ſub pœna in ſtatuto Provinciali contra convitiatores edito, promulgata præcipimus & mandamus, ne aliquis Prælatus, Canonicus vel alia quævis perſona cujuscunque conditionis vel ſtatus exiſtat contra aliam quamvis ipſius eccleſiæ perſonam aliqua verba contumelioſa vel opprobrioſa de cœtero habeat ſed per vias juris juſtitiam ſuam rationibus non convitiis coram competente judice proſequatur. Item ſtatuimus & ordinamus ne de cœtero alicui excommunicato ſuſpenſo vel interdicto durantibus hujusmodi ſententiis quidquam de præbendæ ſuæ fructibus aſſignetur, niſi appellaverit & in proſecutione appellationis exiſtat vel alias quare fieri non debeat, habeat juſtam cauſam. Nulli ergo hominum &c. Datum *Wormatiæ* Anno Dni MCCCXXXI. craſtino *Purificationis Virginis* glorioſæ.

Constitutio Joannis de Dalberg *Episcopi Wormatiensis, de qua in statutis ac ordinationibus supra scriptis pluries mentionatur.*

I*oannes* Dei gratia Episcopus Wormatiensis venerabilibus & devotis in Christo nobis dilectis Dominis Decanis & Capitulis nostræ *Majoris* & S. *Pauli*, S. *Andreæ* atque S. *Martini* intra & B. *Mariæ* V. in suburbio ac S. *Cyriaci* Neuhausensis extra muros Wormatienses Ecclesiarum nec non S. *Petri* vallis Wimpinensis nostræ Wormatiensis Diœcesis, omnibus quoque ac singulis presbyteris, clericis & beneficiatis quibuscunque per civitatem & Diœcesin nostras Wormatienses ubilibet constitutis, illique vel illis ad quem seu quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, salutem in Domino & nostris hujusmodi Ordinariis firmiter obedire mandatis. Etsi ex Pontificalis dignitatis munere, ad cujus apicem licet immeriti Domino ita disponente profecti sumus, pastorali denique cura nobis credita ad corrigendum subditorum nostrorum excessus & reformandum eorum mores provide ac libenter intendere debemus, ad clericorum tamen emendationem, cultus divini augmentationem ac status ecclesiastici conservationem sollicite excitati, vigiliis tanto diligentius tantoque accuratius intendere submovendo noxia & agendo profutura debemus, quanto damnabilius deseremus incorrecta, ut excusso a nobis negligentiæ somno nostri cordis, oculis diligentia sedula vigilantibus animas Deo lucrifacere, sua nobis divinitus cooperante gratia valeamus. Cum igitur ex actu visitationis nostræ compe-

pe-

perimus, quod cum amaritudine cordis noſtri non ſine magna diſplicentia accepimus, Decanos dictarum in & extra civitatem noſtram Wormatienſem conſtitutos, quorum humeris ſollicitudo & cura animarum, nec ſolum perſonarum ſuarum eccleſiaſticarum verum etiam divini cultus, Canonicarum horarum cum debitis devotione & attentione perſolvendarum, divinorumque officiorum, feriarum miſſarum legendarum, defectuum negligentiarum ſuarum, exceſſuum, chori & ceremoniarum eccleſiaſticarum ſuarum ex conſuetudine tanti temporis laudabili antiqua, hactenus introducta & obſervata de jure impoſita cenſetur.....

XV.

INDVLTVM CONFERENDI PRECES ARCHI-EPISCOPALES A PIO IV. PP. IOANNI GEBHARDO ARCHI EPISCOPO COLONIENSI CONCESSVM. *)

Pius PP. IV. Venerabili Fratri *Joanni Gebhardo* Archi Epiſcopo Colonienſi. Venerabilis Frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Perſonam tuam Nobis & Apoſtolicæ ſedi devotam tuis exigentibus meritis paterna benevolentia proſe-

H 5 quen-

*) Conferantur Preces Epiſcopales Baſileenſes Tom. IV. Subſid. Dipl. pag. 15. ſq. quæ provocant ad Conſuetudinem *Apoſtolica Authoritate* pluries roboratam.

quentes illa tibi libenter concedimus, per quæ tuo decori & dignitati opportune consulatur & erga personas tibi gratas & acceptas gratiosum te ostendere possis; nuper siquidem Nobis exponi fecisti, quod cum Elector Coloniensis pro tempore existens in primo ad Ecclesiam suam Coloniensem adventu ab antiquissimo tempore citra & ultra hominum memoriam ex privilegio, ut verosimiliter creditur, Apostolico fuerit in possessione quasi juris faciendi primarias preces ad Collatores seu electores vel alios, ad quos provisio, Electio seu alia quævis dispositio beneficiorum dictæ civitatis & Diœcesis Coloniensis pertinet, tu proinde in tuo primo ad dictam Ecclesiam adventu nonnullas preces ad nonnullos collatores & electores vel alios, ad quos provisio, electio vel alia quævis dispositio beneficiorum dictæ civitatis & diœcesis pertinet pro nonnullis personis tibi gratis & acceptis fecisti, prout in publicis instrumentis seu patentibus vel aliis litteris & scripturis desuper erectis dicitur plenius contineri; Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, licet preces per te factæ hujusmodi, prout aliæ a prædecessoribus tuis factæ sortitæ fuerunt suum, ut par est, effectum, consequi debeant, quia tamen de Apostolico privilegio hujusmodi aliter quam per immemorialem consuetudinem prædictam docere non potes, nobis fecisti humiliter supplicari, ut dictis precibus per te factis pro earum subsistentia firmiore, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, aliasque in præmissis opportune providere ex Apostolica benigni-

tate

tate dignaremur. Nos igitur te & perſonas tibi gratas & acceptas hujusmodi & earum quamlibet præcipuo favore proſequi volentes & a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliisque Eccleſiaſticis cenſuris & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes ac etiam omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura ſecularia & quorumvis ordinum regularia, quæ dictæ perſonæ etiam ex quibusvis Apoſtolicis diſpenſationibus in titulum & commendam aut alias obtineant & expetant ac in quibus & ad quæ jus eis quomodolibet competit quæcunque quodcunque & qualiacunque ſint, dummodo cum beneficiis vigore precum hujusmodi conſequendis compatibilia ſint, eorumque fructuum, reddituum & proventuum veros annuos valores non excedant, ac hujusmodi ſupplicationibus inclinati preces per te factas ſtante conſuetudine hujusmodi illiusque vigore alias per te faciendas ex nunc prout ex tunc poſtquam factæ fuerint & contra, ex certa noſtra ſcientia Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbamus & confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, pleniumque firmitatis robur obtinere & inviolabiliter obſervari debere decernimus & declaramus, ſupplentes omnes juris & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in iisdem & nihilominus dilectis filiis *Majoris* & SS. *Apoſtolorum* Colonienſium Decanis ac Officiali Co-

loni-

lonienſi per præſentes committimus & mandamus, quatenus ipſi vel duo vel unus eorum per ſe vel alium vel alios tibi a prædictis perſonis in præmiſſis efficaci præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra te & eas eisdem præſentibus & in eis contentis pacifice perfrui & gaudere, non permittentes te aut dictas perſonas deſuper quomodolibet indebite moleſtari, contradictores per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas & alia juris opportuna remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo & legitimis ſuper his per eos habendis ſervatis proceſſibus cenſuras & pœnas hujusmodi etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus ſit, auxilio brachii ſæcularis, non obſtantibus felicis recordationis *Bonifacii* Papæ *VIII.* prædeceſſoris noſtri de una & Concilii Generalis de duabus diætis, dummodo non ultra tres aliquis authoritate præſentium ad judicium trahatur, ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuscunque, ſeu ſi collatoribus, collatricibus vel aliis prætactis vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi & excommunicari non poſſit per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* ſub Annulo Piſcatoris MDLX. die vigeſima Auguſti Pontificatus noſtri anno primo.

D. Horebellus &c.

XVI.

XVI.

BREVE BENEDICTI XIII. PP. AD CAPITVLVM METROPOLITANVM COLONIENSE CONTRA PRECES ARCHI EPISCOPALES. *)

Benedictus PP. XIII.

Dilecti filii salutem & Apostolicam benedictionem. Etsi ordinem vestrum insignibus titulis commendatissimum peculiari paternæ benevolentiæ studio prosequimur, quam tamen acerbum nobis acciderit, quod conventionem prorsus nullam & inanem cum ordinario vestro initam obtendentes precum, quas primarias vocant, invisam Ecclesiasticis regulis novitatem introducere, eamque arrogare studeatis, dissimulare non possumus; decreta enim Tridentinæ synodi per Germaniam plenissime recepta, quæ ejusmodi preces expectativas odium continentes & collatores ordinarios suo ipsorumque jure spoliantes aboleverint, vobis profecto exploratissima sunt, nec latent Apostolica indulta, quibus solus legitimus ad primarias preces titulus potest accidere nullis principibus, excepto Romanorum Imperatore concedi solere, eoque factum esse, ut cum vel Coloniensis vel aliarum istic Ecclesiarum Antistites electionum libertatem aut jura collatorum per ejusmodi preces attentare susceperunt, post legitimam causæ cognitionem, per judi-

*) Confer. præfatio Tomi III. Subsid. Diplom. pag. 1. & Tom. cit. pag. 68. sq.

judicum ſententias rejecti fuerint; itaque conatus veſtros merito reputavimus ſacris canonibus abſonos, a probata conſuetudine devios, a paſtorali noſtra vigilantia minime ferendos; a quibus proinde certe ſperamus, fore, ut vos integritatis juſtitiæque veſtræ memores tam ſacrorum Canonum præſcriptionibus, quam mandatis hujus S. ſedis obſequentes, cui vos multiplici nomine obſtrictos eſſe decet, prorſus abſiſtatis, dum autem filialis obedientiæ veſtræ fructus cœteris eximiis veſtris virtutibus pares nobis pollicemur, atque ad leniendam animi noſtri curam primum hoc noſtræ ſollicitudinis officium ſatisfore confidimus, vobis dilectis filiis Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum *Romæ* die 28. Julii 1724.

Inſcr. Capitulo Colonienſis Metropolitanæ Eccleſiæ.

XVII.

PRÆDICTI BREVIS INSINVATIO A NVNTIO APOSTOLICO FACTA.

Venerabiles & Admodum Reverendi Domini! Pontificiæ ſanctitatis oraculum ſuper primariis precibus a ſereniſſimo Domino *Clemente Auguſto* ex Ducibus Bavariæ Archi Epiſcopo Colonienſi S. R. I. Principe Electore in favorem Metropolitani ſui Capituli venerabilibus & Admodum Reverendis Devotionibus veſtris directis in adjuncto

Brevi

Brevi Apoſtolico de ſpeciali ſanctiſſimi Domini noſtri mandato eisdem exhibemus; quemadmodum vero ſummam animi paſtoralis curam exinde percipient, qua ſanctitas ſua Eccleſiis, ipſarum juribus tuendis & conſervandis jugiter intendit, ita & nobis de perpetua earumdem virtute ſecure pollicemur, fore ut tanquam obedientes filii tam benefici patris voluntati in præfato Brevi clare ſatis expreſſa accurate reſpondeant, qua ſpe freti propenſiſſimo mentis ſtudio permanemus.

Venerabilium & AA. RR. Dignitatum veſtrarum

Officioſiſſimus ad omnia

C. *Archi Epiſcopus Tarſenſis.*

Inſcr. Venerabilibus adm. adm. RRdis DDnis Capitularibus Dñis Canonicis Eccleſiarum Collegiatarum Civitatis & Archidiœceſis Colonienſis.

XVIII.

ALIVD BREVE AD ALIAS COLLEGIATAS EIVSDEM DIOECESIS SVB EODEM DATO PRIORI INHOESIVVM ET MAGIS AMPLVM.

Benedictus PP. XIII.

Dilecti filii ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſuper familiam Domini plane imme-

merentes & reluctantes ab eodem conſtituti ad jura Eccleſiarum vindicanda, tuenda & conſervanda præcipuam Apoſtolici miniſterii ſollicitudinem intendere debeamus, acerbo paterni animi ſenſu recepimus obtentu precum, quas primarias vocant, a dilecto filio nobili viro Clemento Auguſto ex Ducibus Bavariæ Archi Epiſcopo Colonienſi S. R. J. Principe Electore exploratas in Canonicatibus, præbendis aliisque ſacerdotiis conferendis collatorum collatricumque rationes attentari; veſtram igitur perſpectam animi fortitudinem excitandam eſſe duximus etiam atque etiam hortantes & mandantes, ut ſtetis ſuper Cuſtodiam veſtram nec patiamini Eccleſiam veſtram antiquis juribus ſpoliari, non enim ignoratis dilecti filii, quam peſſimi exempli novitas ea ſit, qua Canonicarum electionum libertas evertitur, ſacrorum Canonum ſanctiones parvi penduntur, & concordata inter hanc ſanctiſſimam ſedem & Germanicam nationem inita & firmata violantur, ſatagite proinde ne aut incuſſo pœnarum metu, aut humanis rationibus perperam ſuadentibus tam conſcientiæ quam nomini veſtro labem ullam inferatis, Nos quidem de juſtitia, religione & integritate antedicti Electi ejusque Metropolitani Capituli præclare ut decet ſentientes, nunquam futurum putamus, ut intentatis minis aut quibusvis Canonicæ diſciplinæ abſonis modis, libertati ac juri veſtro vis afferatur, vos autem, ſi quando quispiam ejusmodi preciſta, ut vocant, ad canonicatum ſive præbendam alicujusque ſacerdotii poſſeſſionem irrumpere conabitur, officii veſtri memores

mores conſtantiam veſtro ordine dignam præſtantes, cavete diligenter, ne aut illum admittatis aut libertatem veſtræ electionis projicientes conſenſum aut ſuffragium illegitimæ irritæque proviſioni præbeatis, graviora enim vulnera libertati ac juribus veſtris per aſſenſum veſtrum quam per vim illatam imponeretur, id autem præſtaturos vos eſſe eo certius ſperamus, quod ad SS. Canonum authoritatem & Apoſtolica noſtra mandata illuſtrium etiam per Germaniam Capitulorum exempla accedant quæ virtutem veſtram ad parem fortitudinis laudem provocant, plura enim, quod vobis obſcurum eſſe non poteſt, in ſimili precum eventu aut offenſionis aut periculi aut minarum metu de conſtanti colenda juſtitia retinendæque Canonicæ libertatis propoſito dimoveri, atque ut primariis ejusmodi precibus locum darent, adduci potuerunt. Veſtrum igitur erit, ut cum pro temporum ratione vacationes evenerint, ſiquidem ad vos collatio pertineat, ad nominationem collationem dandamque poſſeſſionem deveniatis, ſi vero ad hanc S. ſedem proviſio ſpectat, eum ad poſſeſſionem omni remota cunctatione admittatis, cui Apoſtolica benignitas de vacante ſacerdotio providerit. Interea dignos veſtra virtute fructus de filiali veſtra erga Nos & S. ſedem obedientia expectantes vobis dilecti filii Apoſtolicam benedictionem amanter impertimur. Datum *Romæ* apud S. *Mariam* majorem ſub annulo Piſcatoris die 28. Julii 1724. Pontificatus noſtri anno 1mo.

Carolus Majellus.

Infcr. Dilectis filiis & Canonicis Ecclefiarum Collegiatarum civitatis & Archidiœcefis Colonienfis.

XIX.

CHARTA INVESTITVRÆ PRO PRECISTA EPISCOPALI MARCO SIMONIS AD CANONICATVM COLLEGIATÆ S. GERMANI ET MAVRITII SPIRÆ.

G*eorgius Heilg* J. V. D. Sexpræbendarius infignis Ecclefiæ Cathedralis, Reverendiffimique in Chrifto Patris ac Dñi Dñi *Philippi Chriftophori* Epi. Spiren. & Præpofiti Weiffenburgen. in Spiritualibus Vicarius Generalis, Venerabilibus, nobilibus & eruditis in Chrifto nobis dilectis Dominis Decano, Seniori & Capitulo Collegiatæ Ecclefiæ *S. Germani & Mauritii* Spiren. & aliis quorum intereft, cœterisque fuper præfentium Executione facienda requifitis & requirendis falutem in Dño, & noftris firmiter obedire mandatis noveritis, quod Canonicatn & Præbenda ex Morte Dñi *Joannis Mauritii Vomelii* dicti *Stapert*, ultimi illorum dum vixit Poffefforis vacantibus, Nos honorabilem in Chrifto nobis dilectum Dñum *Michaelem Ernfelder* prætactæ majoris Ecclefiæ Spiren. Gregorianum, ut & tanquam honefti Juvenis *Marci Simonis* Clerici Spiren. Procuratorem per bene memoratum Rmum Dnũm Dnũm noftrum Epñm

Spi-

Spiren. Vigore precum primariarum ejusdem Rmi ad Vos iuxta Episcoporum Spiren. antiquam, rationabilem & approbatam diuturnis temporibus legitime & inconcusse observatam consuetudinem, preces primarias ad omnes & singulos Beneficiorum Collatores atque Collatrices Civitatis & Diœcesis Spiren. pro personis Ecclesiasticis beneficiandis porrigendi directarum, ac nobis exhibitarum pridem gratiose nominati, ac apud nos de bona indole commendati, horum intuitu favore prosequi gratioso volentes idcirco supradictos Canonicatum & Præbendam sic ut præmittitur vacantes eidem Dño *Michaeli Ernfelder* Procuratori coram nobis personaliter constituto, & id flexis genibus humiliter petenti vigore prætactarum precum primariarum cum omnibus juribus & pertinentiis suis auctoritate ordinaria bene memorati Dñi nostri Epi Spiren. nobis commissa & qua fungimur, contulimus, ac de eisdem in Dei nomine per Libri ad manus suas traditionem providimus & investivimus, conferimusque, providemus & investimus per præsentes, qua propter Vobis Decano & Capitulo supradictis, ac aliis quorum interest in Virtute sanctæ obedientiæ, & sub Pœnis ac censuris Ecclesiasticis firmiter & districte præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Dnũm *Michaelem Ernfelder* tanquam sæpedicti *Marci Simonis* Procuratorem in & ad dictorum Canonicatus & Præbendæ in præfata Ecclesia vestra eorundem corporalem, realem & actualem Possessionem inducatis & in Canonicum & confratrem vestrum recipiatis, sibique stallum in Choro

 &

& locum in Capitulo cum plenitudine Juris Canonici assignetis, atque de fructibus, reditibus, proventibus, Juribus, obventionibus & Emolumentis universis ab omnibus quorum interest plenarie & integre responderi faciatis, adhibitis circa hæc solennitatibus debitis & consuetis, in quorum fidem Præmissorum Sigillum officii nostri Vicariatus præsentibus est appensum. Datum & actum *Spiræ* decima quarta Mensis Octobris Anno Dñi Millesimo sexcendesimo undecimo.

(L. S.) append.

Philippus Mucler Consistorior. Episcopalium Spiren. juratus Notarius mppr.

Pro Nota.

Philippus Simonis e continuatione Chronicorum Spiren. celebris natus an. 1532. Winolsheimii (villula Cisrhenana Ditionis Palatinæ, Diœcesis Wormatien. non procul ab oppido Oppenheim posita, sedis ruralis Guntersblumensis) actuarius substitus consistorii Wormatiensis an. 1551. Notarius (ut olim ajebant) Rssmi & Illmi Capituli Ecclesiæ Imperialis Cathed. Spiren. ab an. 1553. usque 12. Sept. 1587. quo Die pie in Dno obiit, in altefatæ Ecclesiæ Peristylio sepultus teste Epitaphio sequenti, quod autem diu periit.

Integritate Vitæ, Eruditioneque conspicuo Viro *Philippo Simonis*, qui postquam annos triginta quatuor hujus Cathedralis Ecclesiæ Officio Secretarii singulari cum Laude functus fu-

fuiſſet, Diei Sabbathi 12. Sept. An. Dni 1587. Ætatis vero 55. obiit. Liberi ſuperſtites atque mœſtiſſimi hoc Monumentum pietatis ergo poſuerunt.

Philippus Chriſtoph. Simonis ipſius gnatus, ſupremi Judicii Cameræ Imperialis tunc Spiræ conſtituti quæſtor vulgo Pfenningmeiſter occurrit an. 1608. ſeq.

ex quo

Marcus Simonis Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ ad S. *German. & Mauritium* Canonicus (de quo in præſenti Charta Sermo eſt) vir ſane doctus juxta ac prudens, qui cruento illo tricennali Bello, quum univerſo civitat. Spiren. clero perſæpe ab optimis fuit Conſiliis, quum egregium jurium & Immutitatum Eccleſiaſticar. adverſus civium Spiren. inſultus ſe nunquam non exhibuit Defenſorem atque Vindicem acerrimum.

XX.

CHARTA INVESTITVRÆ PRO IOANNE TVTELIO CANONICO COLLEGIATÆ SS. GERMANI ET MAVRITII SPIRÆ MEDIANTIBVS PRECIBVS EPISCOPALIBVS.

G*angolphus* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Daualienſis Sae Theole & J. V. Doctor in Pontificalibus & ſpiritualibus Vicarius Generalis Spiren. Reverendis devotis nobis in Chriſto dilectis Dñis Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiata SS. Germani & Mauritii Spiren. ſalutem in Dño

 Sem-

Sempiternam. ex injuncto officii nostri debito illis favorem promotionis nos impendere decet, quos Virtus, vitæque Integritas reddunt commendatos: itaque Canonicatu & Præbenda in dicta Ecclesia Collegiata SS. *Germani & Mauritii* per obitum R^mi^ Dñi *Joannis Steinero* Canonici Caplaris sæpedictæ Ecclesiæ, ultimi illorum dum viveret, possessoris vacante, Nos obtentis & capitulariter insinuatis precibus Episcopalibus, Reverendum Nobilem, Clar^mum^ & Consult^mum^ Virum Dnũm *Joannem Tutelium* J. V. D^rem^ singulari favore prosequi volentes, eidem antedictos Canonicatum & Præbendam cum omnibus Juribus, reditibus, fructibus, obventionibus & emolumentis quibuscunque conferimus, eundemque desuper instituimus atque investimus per præsentes, quare vobis Dñis Decano & Capitulo supradictis auctoritate ordinaria, qua fungimur hac in parte tenore præsentium districte præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Dnũm *Joannem Tutelium* in & ad Corporalem, realem & actualem Possessionem dictorum Canonicatus & Præbendæ inducatis, & in Canonicum & confratrem recipiatis, eique stallum in choro & locum in Capitulo tempore consueto assignetis, atque de fructibus & Emolumentis omnibus & singulis, ab omnibus quorum interest, plenarie & integre secundum statuta & consuetudines supradictæ Ecclesiæ vestræ antiquas & iuratas responderi faciatis, adhibitis in his solemnitatibus debitis & consuetis. In quorum omnium & singulorum fidem & evidens Testimonium sigillum officii vicariatus nostri Genera-

neralis præſentibus eſt ſubappenſum. Datis *Spiræ* 28. Aprl. 1655.

Ad Mandatum R^mi Dñi
Epi Daualien. Vicarii
Generalis Spiren.

(L. S. append.) Martinus Schmiedt Conſiſtorii Epiſcopalis Spiren. juratus Notarius Subſ^{it} mpr.

XXI.

PRECES EPISCOPALES PRO FRIDERICO CHRISTIANO GUNTER CLERICO AD CANONICATVM ET PRÆBENDAM COLLEGIATÆ SS. GERMANI ET MAVRITII SPIRÆ.

Dei gratia *Damianus Hugo* S. R. E. Tit. S. *Mariæ* de *Pace* Presbyter Cardinalis, Epiſcopus Spirenſis, Eccleſiarum Principalis Weiſſenburgenſis & Odenheimenſis Præpoſitus, Coadjutor Conſtantienſis S. R. J. Princeps & Comes *de Schönborn* Inclyti Ordinis Teutonici Eques, & per Ballivias Haſſiacam & vetere juncetanam ſeu Belgicam Commendator Provincialis &c. &c.

Dilecto nobis in Chriſto *Friderico Chriſtiano Günter* Clerico ſalutem in Domino ſempiternam. cum ſicut accepimus, Canonicatus & Præbenda in Collegiata noſtra Eccleſia ad SS. *Germanum & Mau-*

 ritium

ritium Spiræ, quos alias *Joannes Georgius Franckenſtein*, Presbyter, dum viveret, ultimus eorum Poſſeſſor obtinebat, per obitum ejusdem de Menſe Februario, qui Capitularis erat, vacaverint, & vacent in Præſens, eorum collatio autem vigore primarum Precum ſecundum conſuetudinem & Morem noſtrorum in Epiſcopatu Spiren. Prædeceſſorum nobis competentium pro hac vice ad nos ſpectare dignoſcatur; Nos igitur, ne cultus divinus in prædicta Eccleſia Detrimentum patiatur, eidem de idoneo Canonico iterum providere volentes, tibi, cujus vitæ honeſtas, Morum Probitas, aliaque laudabilia Virtutum merita aliorum fide dignorum Teſtimonio nobis commendantur, Canonicatum & Præbendam præfatos, præmiſſo ſive alio quovis modo vacantes, cum ipſis forſan annexis, ac omnibus Honoribus, Juribus, oneribus & pertinentiis ſuis authoritate ordinaria omni meliori modo, Jure & forma, quibus melius poſſumus, vigore præſentium noſtrarum conferimus & aſſignamus, de illisque tibi providemus, & te coram nobis propter hoc flexis genibus humillime conſtitutum & acceptantem, receptis prius & præſtitis per te vel Procuratorem tuum Profeſſione fidei & Juramento, quod nobis & noſtris in Epiſcopatu Spiren. ſucceſſoribus cum Reverentia obediens & fidelis eſſe velis, per Bireti Capiti tuo Impoſitionem cum juris Canonici Plenitudine inveſtimus quocirca Univerſis & ſingulis Perſonis Eccleſiaſticis, Notariis Tabellionibus publicis noſtræ Spiren. Dioeceſis iis præſertim, quibus alias competit, per præ-

ſentes

ſentes mandamus, ut pro parte tua requiſiti, vel aliquis eorum requiſitus, ad ipſam Eccleſiam Collegiatam SS. *Germani & Mauritii* accedant, vel accedat, teque vel Procuratorem tuum pro te in corporalem, realem & actualem Poſſeſſionem prædictorum Canonicatus & Præbendæ ſervatis ſervandis, authoritate noſtra inducant vel inducat, inductum defendant vel defendat, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem etiam Nos harum ſerie amovemus, & amotum denunciamus, præcipientes omnibus Dignitatibus & Canonicis ejusd. Eccleſiæ, ut te in Canonicum & confratrem admittant & recipiant, ſtallo tibi in Choro & Loco in Capitulo cum dicti Juris Canonici Plenitudine aſſignatis, teque ut talem habeant & tractent, atque de fructibus, reditibus, Proventibus, obventionibus, juribus Univerſisque eorundem Canonicatus & Præbendæ Emolumentis tibi vel Procuratori tuo reſpondeant, vel ab aliis reſponderi faciant, & ita conferimus, providemus & aſſignamus, inveſtimus atque exequi mandamus in quorum fidem præſentes propria manu noſtra ſubſcriptas ſolito ſigillo noſtro Epiſcopali communiri fecimus. Dabantur *Bambergæ* Vigeſima ſecunda Menſis Martii Anno Milleſimo Septingenteſimo triceſimo quinto.

Damianus Hugo Card[lis]
Epũs Spiren.

(L. S.)

XXII.

PRECES AVGVSTI EPISCOPI SPIRENSIS.

Nos *Augustus* Dei gratia Episcopus Spirensis Principalis Ecclesiæ Weissenburgensis Præpositus, S. R. J. Princeps, Comes de *Lymburg Styrum &c.*

Venerabilibus in Christo nobis dilectis Decano & Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ ad *SS. Trinitatem* & omnes sanctos Spiræ salutem in Dno sempiternam; Cum felicis recordationis Prædecessores nostri Episcopi Spirenses ex antiqua, rationabili, & approbata consuetudine a multis Temporibus inconcusse observata, preces suas primarias, dictas Episcopales, ad omnes & singulos Beneficiorum Collatores, atque Collatrices nostrarum prædictæ civitatis & Diœcesis Spirensis Ecclesiarum pro Personis Ecclesiasticis porrigere, easdemque in casu vacationis occurrente exequi, atque ad effectum perducere consueverint; Nos eorundem Prædecessorum nostrorum inhærendo vestigiis, pro hujusmodi laudabilis consuetudinis, atque juris nostri conservatione ad vos has nostras preces primarias pro dilecto nobis *Francisco Xaverio Auffmuth* Schüllingsfurstensi Presbytero, & Directori Choralium in Ecclesia nostra Cathedrali Spirensi præsentium Literarum vigore porrigendos esse Duximus, ipsumque pro dictarum primariarum Precum nostrarum condigna, ac in Casu vacaturæ effectuali Executione nominamus, & præsentamus, vobis districte mandantes, quatenus eidem *Franc. Xav. Auff-*

muth

muth de Canonicatu & Præbenda ſive jam vacantibus, ſive impoſterum vacaturis ad Collationem, Præſentationem, vel aliam veſtram Diſpoſitionem quomodolibet pertinentibus, quos prænominatus Preciſta, vel ejus Procurator legitimus pro caſu vacaturæ acceptaverit, eocumque Poſſeſſionem petierit, ſine ulla Difficultate & contradictione provideatis, ipſumque per Nos, aut cui id ſpecialiter deputabimus, inveſtitum in quieta Poſſeſſione ponatis, nec non in Canonicum & confratrem veſtrum recipiatis, ſtallum eidem in Choro, & Locum in Capitulo, ut moris eſt, & obſervantiæ, aſſignando, facientes eidem *Franciſco Xaverio Auffmuth* de Canonicatus, & Præbendæ hujusmodi per illum, aut illius Procuratorem acceptatorum fructibus, reditibus, & Proventibus univerſis integre reſponderi, Nominatione cujuscunque, aut aliis quibuslibet in contrarium facientibus non obſtantibus, ſic obtemperando precibus noſtris, ut de obedientia veſtra erga Nos, non minus, quam apud Prædeceſſores noſtros factum recommendari valeatis, & quia negotiis aliis in officio noſtro Epiſcopali quotidie obvenientibus impediti ulteriori Executioni præſentium Literarum noſtrarum commode intereſſe non poſſumus, idcirco ſuffraganeo ac Provicario noſtro in ſpiritualibus generali Domino *Joanni Adamo Buckel* harum tenore plenarii vires noſtras committimus, quatenus ad præſentium Literarum noſtrarum omnimodam & plenariam Executionem etiam cenſura Eccleſiaſtica, aliisque pœnis, & mulctis, quibus expedire videbitur, medianti-

bus

bus procedat, mandet & exequatur, prout juris, & obſervantiæ fuerit, in cujus rei Teſtimonium præſentes noſtras Literas manu propria noſtra ſubſcripſimus, ac Sigillo noſtro communiri fecimus. *Bruchſaliæ* Die 17. Sept. 1770.

(L. S.) Auguſtus Epiſcopus & Princeps Spirenſis mpr.

XXIII.

INCIPIVNT STATVTA SYNODALIA. ECCLESIE BASILEENSIS.

Incipiunt conſtituciones Venerabilis Patris ac Domini *Humberti* *) Dei gratia electi & confirmati Baſilien., quas tum prælatis & capitulo ſuo Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſtatuit & publicari mandavit.

In Nomine Domini amen. Nos *Humbertus* Dei & ſedis Apoſtolice gratia electus confirmatus Baſilien. inhibemus clandeſtina matrimonia, ſtatuentes, ut ſinguli ſacerdotes ſuis ſubditis inhibeant publice ſingulis diebus Dominicis, ne matrimonia vel ſponſalia, niſi publice fiant denunciaciones in eccleſia ſubditis termino prefinito, quando matrimonium ſit contrahendum, ut infra eundem terminum dicant, ſi eſt impedimentum conſangui-

ni-

*) Ortus erat e Comitibus de Novo Caſtro.

nitatis vel affinitatis vel alterius inter contractos, & non ante conjungant eos matrimonialiter, sed publicent, quod proles, que ex matrimonio sine solempnitate predicta contracta censentur illegitima, sacerdotes, qui contra fecerint, tamquam transgressores Canonis punientur.

Eucharistiam, oleum sacrum, & alia ecclesiastica sacramenta gratis & pure propter Deum ministrari precipimus, ac spe non exclusa, quo de jure suo sibi per subditum vel subditos respondeatur debito sive ex consuetudine, sive ex jure scripto nec sepulturam sibi deneget propter jus sibi debitum vel aliis creditoribus nisi per aliam causam Canonicam notoriam sepultura sibi debeat esse interdicta.

Item prohibemus Clericis & precipue hiis, qui sunt in sacris, & hiis, qui sunt beneficiati, etiam si non sint in sacris, quod negociacionibus illicitis non intendant, & negocia secularia non frequentant.

Item omnibus Clericis nostre civitatis & Dioces. inhibemus, ne quis eorum sibi assumat causarum cognicionem & jurisdictionem tamquam ordinarius, nisi competat ei hoc a jure vel consuetudine vel nostra permissione.

Item inhibemus, ne quis sentencias excommunicationis, suspensionis vel interdicti proferat, nisi in scriptis & legitima monicione premissa, in specie vel in genere. Volumus etiam, quod sacerdotes subditos suos cogant ad observanciam sacrorum festorum destinendo a vecturis & mercaturis publi-

cis

cis & patentibus, alioquin citentur ad officiatem pœnam condignā recepturi.

Item ſtatuimus, quod Clerici civitatis & Dioc. Baſ. intrantes matricem ecclesiam Baſilien. & alias conventuales ecclesias & ſuas proprias cuphias & mitras, ſi quas deferunt, deponant, & tam in ecclesiis quam extra ecclesiam tonsuram, & raſuram, ut diſcernentur a laycis, deferant clericali honeſtati & ordini ſuo convenientem, alioquin transgreſſores predictorum ſciant, ſe graviter puniendos, & quod fructus vel beneficiorum ſuorum, ſi ſunt beneficiati, per prelatos ſuos eis ſunt ſubtrahendi & non reſtituendi, quousque ſatisfecerint de ſtatuti transgreſſione.

Item precipimus, quod nullus ſacerdos vel plebanus res immobiles ecclesie ſine auctoritate noſtra vendant, & Decani rurales & alii Clerici de hoc diligenter inquirant & nobis referant, & quicunque ſacerdotes & prelati ſcientes, hoc nobis non retulerint, penam incurrant excommunicationis.

Item revocamus omnes indulgencias & gracias & liberas queſtuariis a nobis & predeceſſoribus noſtris conceſſas, Queſtuariis matricis ecclesie noſtre & ſancti Anthony duntaxat exceptis, & prohibemus, ne admittantur ſine mandato noſtro novo, & habitis eciam litteris nolumus, quod aliquos dicant abuſiones, ſed ea tamen modo dicant & publicent coram plebe, que in litteris continentur, & ſine gravi prejudicio Rectorum & Vicariorum & ſine oſtenſione ſtatutorum canonum volumus eos

uti

uti graciis indulgenciarum noſtrarum, & quod excommunicatis & interdictis nominatim non participent in caſibus prohibitis a Jure.

Item nullus ſacerdos celebret duas miſſas niſi in caſibus a jure premiſſis.

Item Clerici non vadant ad tabernas niſi in itinere conſtituti.

Item nullus audiat miſſam ſacerdotis publice cohabitantis, cum ſit ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios maxime poſt ſentenciam.

Item precipimus quod nullus locet domos Kawerſchinis relatiis uſuras publice exercentibus, & hoc ſtatutum ſingulis feſtivitatibus ſolempniſſimis publicetur & obſervetur ſecundum concilium Lugd. &c.

Item volumus, quod Rectores eccleſiarũ in eccleſiis ſuis reſidenciam habeant corporalem, niſi de noſtra licentia & tolleracione ſpeciali.

Item precipimus, quod eccleſiaſtica ſacramenta Euchariſtia & criſma & omnia pertinencia ad altare caute & munde teneantur & conſerventur.

Item Patronos eccleſiarum qui aufferre preſumant bona rectoris defuncti ad eccleſiam pertinencia, ſuſpendimus ipſo facto a preſentacione eccleſie illa vice, cui talem injuriam irrogarunt, & ſi in tali ſuſpenſione perſtiterint ultra tempus infra quod preſentari debet eccleſiam conferemus prout de jure debemus.

Item quod homicide & adulteri & alii facinoroſi, qui ad nos de jure vel conſuetudine debent re-

remitti ad nos temporibus debitis remittantur ad ſolempnem penitenciam recipiendam.

Item precipimus, ne aliquis conjugatus ad clauſtrum ſe transferat ſine noſtra auctoritate & requiſitione maxime cum ſint juvenes.

Item omnes, qui per ſolempnem reconciliacionem erant reconciliandi per quemlibet ſacerdotem in mortis articulo abſolventur & reconcilientur & Eccleſiaſtice tradantur ſepulture.

Item quod tempore interdicti nullus in cimiterio vel eccleſia ſepeliatur niſi Clericus ſervans interdictum, & qui non dederit cauſam interdicto, etſi per ſecularem poteſtatem ſepultus fuerit exhumetur, ſi commode exhumari poteſt, nec relaxatur interdictum niſi prius exhumatus fuerit, & eccleſie interdicte indempnes conſervate.

Item precipimus, quod nullus Clericorū noſtre Dioceſ. diſpenſationem vel mutationem ſuper votis licitis ſuorum ſubditorum faciat ſine noſtro ſpeciali mandato.

Item excommunicati qui ingerunt ſe Divinis, eccleſiam ingrediendo vel in cimiterio ſtando ita vicini, quod poſſint audire divina, difficilius admittantur, ſi pecierint abſolucionem & alias eisdem pena gravior ſive ſit temporalis ſive alia injungatur.

Item ſtatuimus, quod filii captivancium, verberancium, detinencium Clericos nec ordines nec ad beneficia ſine noſtra licentia & diſpenſatione ſpeciali admittantur.

Item

Item ſtatuimus, quod nullus exigat pedagia a Clericis niſi in caſibus a jure præmiſſis.

Item nullus ſacerdotum noſtre Dioc. ad levandum pueros de ſacro fonte plures quam tres compatres admittat, alioquin presbiter admittens ipſo facto ſentenciam excommunicationis incurrit.

Item omnes ſubditos noſtre civitatis & Dioc. qui portitores litterarum noſtrarum & curie noſtre & executores earundem dum ſunt in executione offenderint, verberaverint, vel ſpoliaverint, volumus & decernimus incurrere ſentenciam excommunicationis ipſo facto auctoritate hujus Canonis conſilium & auxilium eis dantes eandem penam incidunt.

Item ſtatuimus, quod quilibet vicarius ſive Rector eccleſie, ſuam eccleſiam officians perſonaliter ſigillum ſecum deferat, & quandocunque vel quotiescunque requiſitus fuerit, litteras noſtras vel curie noſtre in ſignum exequendi mandatum remotis fraude & dolo gratis ſigillet vel nos infra terminum mandati an executus fuerit vel non vel quare renuerit ſigillari, certificet contrarium facientes, penam viginti ſolidorum incurrat nobis applicandam.

Item Rectores, ſive Vicarii, qui irregularitatem incurrerint, per quam ad ſedem Apoſtolicam ſint remittendi, & in ea ſex menſes perſtiterint, jure ſibi competenti in ſuis beneficiis ſunt privandi, & poſſunt privari.

Item Nullus excommunicatus ſive ſit Clericus ſive Laicus ad divina admittatur, vel abſolutus re-

putetur, nisi de Canonica absolucione doceat legitimis documentis, & nisi reconcilietur, & penitenciam recipiat a proprio sacerdote, nec in ecclesia semel per nos vel officialem nostrum interdicta divina amplius celebrentur, nisi de relaxacione interdicti Canonice facti legitimis constiterit documentis.

Item precipimus & hortamur subditos nostros, ut quociens eis demandatur, quod sentencias & mandata delegatorum vel subdelegatorum sedis apolice vel aliorum exequantur, si mandata contineant interdictum, viso auttentico vel saltim rescripto sub sigillo auttentico, excusent se apud mandatores, & si non est nimis brevis terminus, deliberent nobis cum, & cum viris peritis, utrum debeant interdicta publicari, vel mandata in quibus nec forma mandati servatur, nec mens delegantis.

Item precipimus omnibus sacerdotibus & executoribus parochias regentes, quod nomina excommunicatorum illorum, qui a nobis & curia nostra excommunicantur, prout sunt, eorum subditi conscribi, & solempnissimis festis publicent in ecclesia, in officio divino, ut sic excludatur excusatio ignorancie & oblivionis, & visa absolucione per excommunicatum faciat sibi responderi de laboribus & expensis in registro & conscribendo factis, quia nolumus eos nulla parte propriis stipendiis millitari.

Item statuimus, quod cum aliquis Vicarius aut Rector ecclesie fuerit excommunicatus denunciandus in loco, ubi degit, postquam executor manda-

tum

tum noſtrum vel officialis noſtri publicaverit, in eccleſia Vicarii vel Rectoris nihilominus Decano ſuo publicet, & idem decanus in ſingulis confraterniis eundem denunciet excommunicatum.

Item precipimus omnibus Clericis noſtre civitatis & Dioces. ut excommunicatis majori excommunicacione non participent, niſi in caſibus conceſſis a jure, & hoc precipimus ſub pena excommunicationis.

Item mandamus, quod ſacerdotes noſtre Dioceſ. ſuos ſubditos moneant ſingulis diebus feſtivis, quod judices, teſtes & executores, vel quoslibet publicum officium exercentes non reputent, poſſe judicare vel teſtificari, vel actus legitimos exercere, dum ſententia excomunicacionis eſt publicata, ſed eos vitent in quantum poſſunt, & inſuper denuncient ſuo ſuperiori.

Item ſtatuimus, quod quicunque Vicariorum ſeu Rectorum reſidentium ad indictam confraterniam non venerint nulla legitima cauſa impeditus ſolvat quinque ſolidos denar. nomine pene, quorum medietas cedat Decano, alia medietas fratribus preſentibus.

Item cum non nulli Judices conſiliarii, Rectores opidorum & aliorum locorũ ſtatuta quedam contra libertatem, jurisdictionem & auctoritatem eccleſiaſticam non ſolum concedere preſumpſerint, videlicet quod nullus aliquem coram nobis vel officiali noſtro in jus vocare preſumat contrarium facientes, mulctas & penas imponentes, verum eciam ipſa ſtatuta obſervant, & ſecundum ea judicare pre-

ſumant, & ex hoc ipſo facto ſentenciam excommunicationis incurrant.

Statuimus & inviolabiliter obſervari precipimus & mandamus, ut quilibet ſacerdos publicet in Cancello preſente populo hujusmodi judices, conſiliarios & Rectores, qui hujusmodi ſtatuta ſtatuerint, ſervaverint, & ſecundum ea judicare preſumpſerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurriſſe, Monendos ipſos nihilominus auctoritate noſtra, prout vobis ſunt ſubditi, quatenus hujusmodi ſtatuta infra duorum menſiū ſpacium proxime ſubſequencium revocent cum effectu & ea de cetero non obſervent & caveant ydonee ne imposterum ſingula attemptent, ne contra eos juris ſentenciam aggravando ipſorū rebellitate exigente per interdicti ſentenciam procedere compellamur.

Item ſtatuimus & inviolabiliter obſervari precipimus, quod omnes ſubtractores elemoſinarum fabrice eccleſie noſtre Baſ. ſubtracta a tempore publicacionis reſtituant infra menſem, & quod de cetero talia attemptare non preſumant, & pro ſubvencione ipſius fabrice ad ſubditos omnem diligenciam, quam poterunt adhibeant ſine dolo & fraude, alioquin ipſos, quos citari mandamus, graviter puniemus.

Item pro immunitate eccleſiaſtice libertatis conſervanda hoc ſtatuto in perpetuum valituro ſtatuimus ex approbata conſuetudine & Imperatorū privilegiis, ut quicunque Clericus vel Laicus in caſtro vel in atrio eccleſie Baſ. vel in domibus ſive

in

in curiis Canonicorum noſtrorum in aliquem Clericum manu armata irruerit vulnerando eundem vel occidendo notorie vel publice, poſtquam de hoc nobis vel capitulo noſtro conſtitit poſt publicationem vel mandatum noſtrum, vel capituli noſtri infra civitatem, quam ſubjicimus eccleſiaſtico ſubinterdicto cum omnibus ſuburbiis quousque de violencia in immunitate nobis & eccleſie vel leſo condigne fuerit ſatisfactum, quamdiu fuerit in civitate vel in ſuburbiis, & in locis noſtre Dioceſ. quamdiu ibidem fuerit malefactor ſimiliter ceſſare volumus a divinis, ſalvis nichilominus aliis penis in jure & ſtatutis ſubſequentibus contentis.

Sunt autem determinaciones caſtri ſive atrii a porta Domini R. Krafftonis Canonici eccleſie Baſ. usque ad curiam prebendalem Domini Bertholdi de Weſſenberg in longitudine & ab ipſa curia in latitudine usque ad curiam prebendalem Domini Johannis de Dieſſen ab una parte, in alio vero parte a dicta porta Domini R. Krafftonis usque ad extremitatem curie prebendalis Domini de Gundoltzheim quoad partes prehabitas incluſive.

In Nomine Domini Amen. Exigente perverſorum audacia delinquentibus imponitur & multis craſſantibus opus eſt exemplo proinde quia adeo invaluit hominum malicia, quod Laici tam majores quam minores in B. Dioc. variis & exquiſitis fraudibus quandoque ſub larvis, quandoque de nocte in Dei contumeliam & ſubverſionem eccleſiaſtice libertatis auſu ſacrilego perſonas eccleſiaſticas interficere, verberare, captivare procurare

clam & palam, non absque consensu seu contumacia majoris, sue salutis immemores non formident, & aliquociens tam diu presumunt detinere captivos, donec ab ipsis vel ab aliis pro eorum liberacione certa summa peccunie pro captivancium libito extorqueatur seu etiam promittatur, extorsiones seu promissiones hujusmodi licitis pactionū titulis palliantes sacro presenti approbante concilio statuimus, ut quicunque personam ecclesiasticam verberari seu interfici contigerit a quocunque, Interfectores, verberatores verberancium interfectionum consilium vel auxilium impendentes, postquam ad hoc alicui de Archidiaconis, Decanis Curatis seu vicariis nostre Dioc. constiterit per singulas Parochias civitatis & Dioc. Bas. tamdiu & publice excommunicati a canone nuncientur, nec ab eorum denunciacione cessetur, & nihilominus terre eorum & homines, si quos habent, ipso facto constitucionis hujusmodi auctoritate ecclesiastico subjaceant interdicto, donec passis injuriam & ecclesie super hoc satisfecerint, & super hoc absolucionis seu litteras a sede apostolica reportantes facti seriem continentes, Postquam vero predicti sacrilegi per decem dies sentenciam excommunicacionis sustinuerint, eorum Domini temporales auctoritate nostra vel terre nostre requisiti vel moniti dictos malefactores ad satisfactionem faciendam super interfeccione, verberacione aut injectione predicta infra viginti dies a tempore requisicionis seu monicionis numerandos per bonorum capcionem seu eciam corporum, si necesse fuerit, non compleverint, ex

tunc

tunc ipsi Domini excommunicati, & terre eorum & homines ipso facto ecclesiastico subjaceant interdicto, Quando vero de personis interficiencium, verberancium consilium aut auxilium prebencium non constabit, moneantur in generali ipsi interfectores, verberantes & fautores, ut infra octo Dies post monicionem interfecti amicis verberatis & ecclesie satis faciant competenter, alioquin ex tunc in generali excommunicati publice nuncientur, moneantur etiam in generali omnes scientes interfectores, verberatores seu malefactores hujusmodi, & qui quid de ipso facto sciverint, curatis suis sive vicariis manifestent; alioquin octo diebus elapsis a tempore monicionis predicte ipsi scientes, & non revelantes ipso facto sentenciam excommunicationis incurrant. Postquam vero per manifestacionem duorum fide dignorum constiterit, de premissis contra malefactores ipsos & fautores eorum ad certificacionem curati seu vicarii, cui per duos dictos fide dignos de hoc constiterit nominatim, ut premissum est procedatur.

Ceterum circa capciones & captivaciones seu detenciones personarum ecclesiasticarum laudabilis & antique circa hoc edite consuetudinis memoria recolentes sic duximus statuendum; Quod si Decanus aut alius quicunque sit, Ecclesie Cathedralis Canonicus captus fuerit, a quocunque in civitate & Dioc. Basilien. aut etiam extra dictam Diocess. ab aliquo nostre civitatis & Dioc. tamdiu nullo alio exspectato a nobis mandato per totam civitatem & Diocesin nostram Basiliensem nulla ecclesiastica sa-

 cra-

cramenta celebrentur exceptis penitenciis & Baptismo quousque Dictus Decanus seu Canonicus una cum omnibus bonis & rebus sibi ablatis, vel occasione captionis amissis dictis aut premissis restitutus fuerit plenarie libertati & de injuria leso & ecclesie Bas. fuerit satisfactum.

Hoc idem extendimus ad Abbates.

Pro capcione vero ceterorum canonicorum, Priorum, Decanorum, & curatorum civitatis & Diocef. Basilien. cessetur ut supra in locis & Archidiaconatibus, in quibus ecclesie, quorum sunt Canonici, Priores, Decani & curati fuerint constitute, & Archidiaconatibus, in quibus capti tenebuntur.

Pro capcione vero aliorum presbiterorum & Clericorum in sacris ordinibus constitutorum cessetur ut supra, tam in Decanatibus, ubi degunt, quam in villis ubi capti tenebuntur.

De Clericis vero inferiorum ordinum & aliis simplicibus statuimus ut supra, ut cessetur in locis, in quibus ipsos capi contigerit vel detineri, postquam vero per quindecim dies capti detenti fuerint in decanatu, ubi degunt, & in quo capti tenebuntur, ex tunc cessetur penitus a divinis, statuentes nihilominus, ut contra captores personarum ecclesiasticarum superius est expressum & processum.

Contra Raptores & invasores bonorum & rerum Clericorum & omnium personarum ecclesiasticarum & eorum fautores statuimus observandum, ut postquam de nominibus Raptorum vel invasorum

rum

rum conſtitit alicui de Archidiaconis, Decanis, curatis, Vicariis ſeu aliis presbiteris noſtre Dioc. monicione octo dierum premiſſa ipſi, quos nos in hiis ſcriptis excomunicamus, niſi reſtituerint bona & res predictas, & ſatisfecerint pro offenſa per ſingulas parochias civitatis & Dioc. Baſilien. excommunicati publice nuncientur, & ab omnibus arcius evitentur. Et nihilominus juxta provinciale Concilium, ubi preda vel prede detentor ſeu eciam emptor prede fuerit, ceſſetur a Divinis nullo alio mandato a nobis exſpectato, ſi vero de nominibus raptorum vel invaſorum non conſtiterit, moneantur in generali ipſi raptores, ut infra octo dies poſt ipſam monicionem dicta bona & res integre reſtituant, alioquin in generali excommunicati publice nuncientur. Moneantur etiam in generali omnes ſcientes & malefactores hujusmodi, ut quid quid de ipſo facto ſciverint curatis ſuis ſive Vicariis manifeſtent, alioquin octo diebus elapſis a tempore monicionis predicte ipſi ſcientes & non revelantes ipſo facto ſentenciam excommunicationis incurrant. Poſtquam vero per manifeſtacionem duorum fide dignorum conſtitit de premiſſis contra malefactores ipſos & fautores eorum nominatim ut contra verberatores, ut premiſſum eſt, procedatur. Hoc idem de ſaſitoribus & arreſtatoribus bonorum ſeu rerum perſonarum eccleſiaſticarum de rebus ſaſitis & arreſtatis precipimus obſervari.

Item quia per impunitatis audaciam fiunt, qui nequam fuerant, nequiores, attendentes, quod in Dioc. noſtra, quia plures immo quaſi omnes com-

muniter majores excommunicacionis ſentenciam in ipſos latam adeo vilipendunt, quod excomunicacio, quæ ab inicio medicinalis fuit, per diuturnam inobedienciam & contemptum fit mortalis, volentes ſuper hoc ſalubrem adhibere medelam; ſtatuimus & poſtquam aliquis per annum in excomunicacione perſtiterit, Dominus ejus temporalis vel ſuperior Ballivus vel prepoſitus caſtellanus, vel alius Iurisdictionem in eum habens moneatur & requiratur auctoritate ordinaria, ut ipſum excommunicatum, cujuscunque conditionis ſit, infra menſem a tempore monicionis predicte compellat per bonorum capcionem & perſone, ſi neceſſe fuerit, redire ad ſancte matris Ecclesie unitatem, alioquin ipſe Dominus aut ſuperior monitus ipſo facto ex tunc excomunicacionis ſentencie ſe noverit ſubjacere, & per ſingulas eccleſias excommunicatus publice nuncietur, in qua ſentencia ſi perſtiterit per annum ſedi Apoſtolice nuncietur.

Addimus eciam preſenti ſtatuto, quod ſi aliquis ſacerdos ſacris indutus volens miſſam celebrare viderit vel ſciverit aliquem excommunicatum publice eſſe in eccleſia, in qua vult divina ſeu miſſam celebrare, ipſo excommunicato preſente miſſam nullatenus celebrare preſumat, & quamvis ſacris indutus miſſam inceperit, ſi dictus excommunicatus contumaciter exire noluerit miſſam niſi ſit in miſſe canone, dimittat, & ſacris ſe exponat indumentis.

Preſentes eciam conſtituciones ad religioſe eciam exemptos, qui ipſas eciam ſentencias pre-

ſen-

ſentes & premiſſas ſervare voluerint & ſervaverint; & non ad ipſarum conſtitucionum contemptores extendi volumus & mandamus.

Sane de Canonicis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Curatis & presbiteris bone fame cum larvis, & de nocte vel in itinere extra villas, a Laycis verberatis ſeu captis vel rebus aliquibus ſpoliatis ſtatuimus, ut eis ſuper verberacione, capcione, ſpoliacione de verberatoribus, captoribus & ſpoliatoribus ſive alia probacione credatur ſimplici juramento, Quia multi Clerici ut potentibus placeant, ſeculi fluctibus ſe inmergunt, officia ſeu adminiſtraciones ſecularium judicum aſſumentes, pretextu cujus officii ſeu adminiſtracionis ipſos Clericos tamquam ad ultima obligatos contingit, frequenter a judicibus ſecularibus captivari & detineri in vinculis in ſubverſionem eccleſiaſtice libertatis, Idcirco inhibemus, ne quis ſacerdos, diaconus, ſubdiaconus vel clericus cujuscunque condicionis exiſtat officio ſeu adminiſtracione Judicis ſecularis ſe immisceat, vel ejus ſigillum deferat, alioquin qui contra fecerit, non gaudebit privilegiis Clericalibus; nec ſi ipſum vel bona ſentencia capi contigerit, ab eccleſia requireretur.

Item ſtatuimus, quod Archidiaconi noſtre Dioeceſ. & alii Prelati, quibus incumbit onus, viſitandi, ſervent conſtitucionem Concilii Lugd. ſancte memorie ſummi Pontificis *Gregorii X.* & precipimus eam ab omnibus inviolabiliter ſervari.

Statuimus eciam pro bannalibus racione procuracionis in parochianos vel eciam eccleſias & capellas

pellas

pellas interdictum non fuerat sine nostra auctoritate & requisicione, sed si aliquam jurisdictionem habent a jure vel consuetudine in Clericos seu Archidiaconatus vel alios per sentenciam excommunicationis, suspensionis ab officio Canonice procedant & ipsos coherceant, dum tamen sine nostra requisicione & Capituli nostri Bas. ecclesias & parochias interdicto ecclesiastico supponant.

Item statuimus, ut quilibet Prelatorum & Diaconorum civitatum & Dioc. & presertim quilibet Decanorum ruralium teneantur recipere presencia nostra statuta synodalia ut aliis subditis ipsorum copiam faciant infra mensem, ut sic nec Prelati nec vicarii nec subditi eorum valeant pretendere aliquam Ignorancie excusacionem, cum singula statuta omnes & singuli habere teneantur, & non solum suis subditis publicare, verum eciam transgressores infra terminos nominandi, denunciandi & publicandi & ad nos remittendi, ut auctoritate nostra debite corrigantur. Decanus vero & fratres, qui presentes fuerint, si predicta que cedent ad correctionem facere neglexerint, penam incident hanc, ut quilibet tenebitur in quinque solidis denariorum nobis applicandis, nisi postquam nobis constiterit de infamia, aut negligencie vel inobediencie debitam subierint purgacionem.

Char-

Chartæ residuæ ad gesta
Sub Henrico Archiep. Mogunt. ab anno MCCCXXXVIII. ad an. MCCCXLIII. *)

XXIV.

CASTRVM NEVEN - BEIMBVRG OPPIGNORATVR MOGVNTINIS.

Wir *Heinrich &c.* bekennen, &c. daz der Edel man unser liber getrewer *Heinrich Tuchgraue* Herre zu der *Nuwenbeunburg* und *Philips* sin sun, fur sich und für ir erben versatzet haben uns unsern nachkommen, und unserm stiffte zu *Mentze* daz halbe teil ires eigen Huses zu der *Nuwenbeunburg* und der stat daselbes mit allem dem daz darzu gehoret, an gerichten an rechten, an Burgmannen oder an andern undertanen, wie die genant sin fur druzehenhundert phunt Haller, di wir si bezalet haben, und sie von uns emphangen, ane gereitem gelde und die burgman die darzu gehorent sullent uns unserm nachkommen und unserm stifft zu *Meintze* hulden und sweren zu den heilgen, getruwe und holt zu sin als iren Herren, alse lange als wir daz vorgenante halbe teil der burge und stat inne haben zu phande Ouch ist geredet daz wir und unser nachkommen oder unser stiffte zu *Mentze* di Turen und di herrn des vorgenanten halbe teiles der Burge und stat besetzen sullen

*) Confer. Tom. IV. Subsid. Dipl. pag. 219. sq.

len mit unſern Knechten zu den iren darzu habent ſi uns unſer nachkomen und unſern ſtiffte zu *Mentz*, bewiſet für ſich und für alle ir erben, uf alle di gulde di zu dem vorgenanten halben teil der Burge und ſtat gehoret wie die genant iſt, hundert phunt und drizzig phunt haller geldes, guter und gebir und die habent ſi uns gelobt zu bezalen alle jare halbe uf ſand *Martins* Tag, und daz ander halbe teil uf ſand *Walpurg* tag der darnach aller nehſte kumt, Ouch iſt geredet wanne die vorgenante Tuchgrave *Heinrich* oder *Philips* ſin ſun, oder iren erben, mit iren eigem Gelde ane geuerde, daz vorgenant halbe teil irer Burge und ſtad zu der *Nuwenbeynburg* loſen wollen, fur die vorgenante drutzehenhundert phunt haller, ſo ſullen wir unſer nachkomen oder unſer ſtifft in daz ſelbe halbe teil wider zu loſen geben, ane alle hinderniſſe und wanne ſie oder ir erben mit dem gelde koment vor der tage einem, ſand *Martins* oder ſand *Walpurg* als hie vorgeſchriben iſt, ir halbe teil der vorgenanten Burg und ſtad zu loſen, ſo ſol in die gulte Volge, di uns unſerm nachkomen oder unſerm ſtifft, uf denſelben tag ſolt geuallen ſin, Quemen aber ſie nach der vorgeſchriben Tag einem, ſo ſol uns die gulte vallen, gantz und gar, di uff den Tag der vergangen iſt, vallen ſolt, mit dem vorgenanten drutzenhundert phunden hallern. Ouch iſt geredet daz wir, unſer nachkomen und unſer ſtiffte, oder unſer Ambtlude von unſern wegen ſullen behelffen uz den vorgenanten halben teil der Burge und ſtad, zu allen unſern Noten,

und

und nach allem unſern willen als uz unſern eigen ſlozzen an verderblichen ſchaden, der vorgenanten Tuchgraue *Heinrich* und *Philips* und iren Erben ane geuerde. Ouch iſt geredet daz wir für uns unſer nachkommen und unſerm ſtifft und die vorgenante Tuchgraue *Heinrich* und *Philips* für ſich und für ir erben haten gelobt in guten truwen zu halten, einen rechten Burgfriden als Verre, als ein gut gurtel armbruſt von den Graben der Burge und ſtad geſchiezzen mag ann allerlei geuerde. Der zu ſollen ouch wir unſer nachkommen und unſer ſtifft daz vorgenante halbe teil der Burge und ſtad und waz darzu gehoret daruf wir für daz vorgeſchriben gelt, bewiſet ſin, ſchirmen und ſchuren getruwelichen alſo lange als ez unſer phant iſt, als unſer eigen gut, Ouch iſt geredet wer ez daz ſi alle diſe vorgenante ſtucke nit enhilden oder an ir keinen bruchig worden ſi oder ir erben oder ir geſinde, ſo ſol daz halbe Teil, der vorgenanten Burge und ſtad dar uf wir die vorgeſchriben drutzehenhundert phund gelihen haben, mit allem dem daz darzu gehoret an rechten an gerichten an gulden, und an Burgmannen uns, unſern nachkommen und unſerm ſtiffte, zu einem derunphande ſten und mugen di uf holen als recht iſt und di ſullen wir alſo lange inne haben ane geuerde, biz daz ſi oder ir erben, uns den Bruch geriſtet haben, als daz geſchiht ſo ſullen wir unſer nachkommen und unſer ſtifft, daz ſelben halbe teil der Burge und ſtad und waz darzu gehoret inne haben, und behalten in aller wiſe, als vorgeſchriben iſt, ane

allez

allez geuerde, Mer ist ouch geredet, waz bruche geschehen an disen vorgeschriben dingen, uzgenomen ob die vorgenante jargulde nit gerahten wurde als vorgeschriben ist, die bruche sollen und mugen unser beder ambtlude risten als muglich und zitlich ist, Ouch ensullen si noch ir Erben, daz ander teil der vorgenanten Burge und stat, und waz dorzu gehoret, niman versetzen noch verkauffen si enhaben ez danne uns, unsern nachkommen oder unserm stiffte vor geboden, und wollen wir verkauffen, so sullen sie uns geben, umbe soliche gelt, als ein ander darumbe geben weldt, und wolden wir des niht tun, so mugen si damit allez ir bestes schaffen, alle dise vorgeschriben stukke und artickel haben wir gelobt fur uns unser nachkomen und unser stifft in guten truwen veste und sted zu halden, ane allez geuerde. Vnd des zu einem gezugnisse und offen waren urkunde so han wir unser Insigel gehangen an disem Brife der geben ist zu *Erbach* anno Domini. MCCC.xxx. VIII. in die S. Pasche.

XXV.

QVALITER H. ARCHI EP. MOG. CVM B. DE W. ET J. DE W. CIRCA CASTRA HORBVRG ET GLEICHENSTEIN CONVENERIT.

Wir *Henrich* von Gots Gnaden Ertzbischoff des heilgen stules zu *Mentze*, des heilgen Riches

ches Ertzecanceller ubir dutſche land bekennen uf-
fenliche an diſem Brieue. daz wir den ſtrengen lu-
ten *Bertbolde* von *Worbiz* Ritter zu *Glichenſtein* und
Johanne von *Winzigerode* zu *Ruſterberg* Burchman-
nen unſirn lieben getruwen und iren erbin uf dye
druhundert und zwentzig mark ſilbers da vore ſy
unſir Hus zu der *Horberg* geloſte hatten und zwey
hundert marck ſilbers dye in der Erwertige in Go-
te Vater und Here, Her *Baldewin* Ertzbiſchoff zu
Triere doher unſirn ſtifft zu *Mentze* inne hatte, vor
koſt und ſchaden uf geſlagen hatte und funf und
funfzig marck ſilbers dye ſie noch uf unſirm Hus
zu *Glichenſtein* haben, von deme gelte daz ſy von
des vorgenanten Byſchoff *Baldewins* wegen und ge-
heitze entleget und uf daz Hus geſchlagen hatten
von Nuwens vierhundert und funff unzwentzig
marck ſilbers in uf gerechent und uf geſlagen ha-
ben, uf die vorgenante unſir Huff und Veſten *Hor-
berg* und *Glichenſtein* von der Rechenunge wegen
dy ſy dem vorgenanten Biſchoff *Baldewin* und uns
getan haben, alſo daz ſy uf den vorgenanten un-
ſern Veſten *Horberg* und *Glichenſtein* von allen di-
ſen vorgenanten ſummen geldes tuſint marck ſil-
bers Mulhuſes gewichtes und gewer haben ſullen
ane dy funff und funffzig marck dy ſy vorre uf *Gli-
chenſtein* hatten daz iſt heilgen ſtedes gewer und ge-
wichte und ſullen alle andere briue dy ſy vorn ubir
dy egenante unſir Veſten hatten und ire rechenun-
ge uns wider geben und were ez daz keiner by in
verlebin in welcherley wys ez were dy ſolden tod
ſin und keine macht haben Ez iſt auch geredt daz

 wir

unſir nachkomen odir unſir ſtifft dy vorgenanten unſir Veſten dye *Horborg* vor ſebenhundert marck und *Glichenſtein* vor Druhundert marck ſilbers gewichtes und wize vorgenant entzlen odir enſament wy wir wollen von in loſen mogen ane alle widerrede wanne und welche zid uns daz fuget. Were auch daz ſy ire gelt wider haben wolten. daz ſolde wir unſir nachkome odir unſir ſtifft in wider geben in einem halben jare aller neheſt von der zid als ſie uns daz vorkundigeten ? entete wir des niht; ſo mochten ſy dy egenanten unſir Veſten andern fromen luten die unſir und unſirs ſtifftes man odir Burchman ſin ane furſten und Herrn verſetzen vor diſe vorgenante ſummen geldes In alle der wys und rechte als in diſem Briue geſchriben ſteet und den ſolde wir unſir nachkome odir unſir ſtifft alle dy ſicherheit tun, dy wir *Bertholden* von *Worbitz Johanne* von *Wintzingerode* und iren erbin in diſem briue getan haben, und dy ſelben den ſy dy egenanten unſir Veſten verſetzeden ſolden uns unſirn nachkommen und unſerm ſtiffte Auch dyſelben ſycherheit und wysheit tun dy uns *Bertbold* und *Johann* egenant vore getan haben. Auch iſt geredt wer daz wir unſir nachkomen odir unſir ſtifft in diſes vorgenante geldes hundert marck odir mer geben woltin dye ſolden ſy nemen und ſolden dy abe rechen unde abe ſlan an welcher dirre Veſten wir woltin, und ſolde dy Veſten alſo fil miened ſtehen. dar ubir ſolden ſye uns ire Quit briue geben mit iren inſigeln, dy vorgenant *Bertbold* und *Johann* und ire erbin ſullen ſich auch von den vorgenanten

Ve-

Veſten und dar uf behelffen wider allermenlichen der in Gewalt odir unrecht tun wolde, als von iren eigen Veſten. Auch iſt geredt, daz dy egenante unſir Veſten *Horborg* und *Glichenſtein* uns unſirn Nachkomen und unſirm ſtiffte zu Mentze uffen ſullen ſyn zu allen unſern noten und geſcheffniſſen wider allermenlichen ane alle widerſprache und widerrede were auch daz der vorgenanten Veſten keine von unſer Crige wegen verloren worde, odir anders ane ire ſchult, des Got niht enwolle ſo ſolde wir in ire gelt bezaln odir an andern unſir Veſten und gut ſetzen in alle der wys alſe ſy an diſen vorgenanten Veſten geſetzen haben, by ſullen auch diſe egenante Veſten bewarn an notdorfftigen gebuwe: Abir yn keinen nuwen gebuw ſullent ſy machen den ſy uns odir unſerm ſtiffte rechen wollen ane unſir heize und willen by ſullen auch unſer lute in den gerichten geſetzen. phaffen und Leyen getruweliche vortegdingen. hanthaben und beſchirmen und niht beſchweren an Bache noch an unrechte me dan von alder wontlich iſt geweſet Vnd ſullen dy egenante Veſten behuten bewachen und bewaren lazen als man burge zu rechte ſal. Wir unſir nachkome und unſir ſtifft ſulln auch dy vorgenante *Bertholden Johannen* und ire erbin mit den egenanten Veſten glich andern unſern Amptluten Burchmanen und Veſten getruwelich verantworten und vortegdingen zu allen iren noten und rechten. Auch iſt gered waz gutes von den egenanten unſirn Veſten entzogen und entfromden wer, daz ſollen ſy nach irer beſten macht

wider bringen und wider furdern. Vnd dar zu sullen wir unsir nachkomen und unsir stifft in getruwelich zu behulfen und bestendig sin und alle dise vorgeschriben stucke und artickel gelobe wir unsir nachkome und unsir stifft den vorgenanten *Bertholde* von *Worbitz Johanne* von *Witzingerode* und iren erbin in guten truwen stat und veste zu haldene ane alle geuerde und argelist und haben in dar rubir zu Orkunde und gezugnisse disen Brief gegeben verrsigelt mit unserm insigel. Gegeben zu *Aschaffenburg* do man zalte nach Cristus geburte unsers Herren druzenhundert jar darnach in dem acht undritzgesten jare an dem sonntage als man singet Cantate.

XXVI.

REVERSALES VNIONIS ELECTORALIS AB HENRICO A. M. INITÆ.

Wir *Heinrich* von Gotes gnaden des heilgen stules zu Mentze Ertzebischoff, des heilgen Romeschen Riches durch Dutschelant Erzecanceller tun kunt allen luten, die disen Brief sehent odir horent lesen, daz wir mit den andern des heilgen Romeschen Riches Kurfursten Bedacht und angesehen han, daz, daz selbe Romesche Riche, an sinen Eren rechten und guten und ouch wir und die andern Kurfursten, an unsirn Eren rechten, gewonheiten, und friheiten die wir von deme Vorgenante Riche han. sere zu disen zyten und ouch vor

vor angegriffen, gekrenkit und beſwert ſin, und werden und ſin umb gemeinen und kuntlichen nutz der gemeinen Criſtenheite, und umb des egenanten Riches, und unſir und der andern Kurfurſten Ere, rechte, friheite, und gewonheit, zu beſchirmene, zu beſchurne und zu hanthabene einmudigliche ubirkomen, und han uns des vereinet, daz wir daz egenante Riche und unſir furſtelich ere, die wir von yme han, nemelich an der Kure des Riches, an ſinen, unſirn und der Kurfurſten, rechten freiheiten, und gewonheiten, als von alter an uns, als des Riches Kurfurſten herkomen und bracht iſt, hanthaben beſchuren und beſchirmen wollen, nach aller unſir macht, und Crafft ane geuerde, wieder allermenlichen niman uzgenomen, wand ez unſir ere, und eit aneget, und entwollen daz nit lazen umb keinerleie gebot, von weme und wie daz komen, da mit daz Riche, wir und die ander Kurfurſten an dieſen vorgeſchriben ſachen in keine wysſ gekrencket mochten werden, Ouch wollen wir alle herren und frunde die uns zu gehorent, odir nit, ſy ſin geiſtlich oder wernetlich, unſir, man, dinſtman, Burgman, Amptlude und Burger darzu biten und halten, als verre wir vermogen, und darzu ſal unſir jegelicher den Kurfurſten den andern beholfen ſin, ane geuerde, daz ſie uns zu dieſen ſachen beholfen und beſtendig ſin, und daz durch nieman enlazen durch keinerleie gebot, von weme die komen mochten, geſchehe ouch daz keinerleie zweiunge oder zwiuel, an diſen ſachen, undir uns und den andern Kurfurſten ufſtunde, waz

wir dan gemeinlichen oder der merer teil undir uns darubir ſprechen odir machen, daz ſol macht han, und ſollen ouch daz halten an argeliſt. Alle dieſe vorgeſchriben ſtuke und ir jeglichez beſunder, han wir gelobit in guten truwen, und globen an dieſeme Brieve bi unſirn furſtelichen Eren, und han des auch geſchworn zu den heilgen, vur uns und unſir nachkommen ſtete und veſte zu haltene, und darwieder nit zukomene noch da von zu lazene in keine wys, als hie vor begriffen und geſchriben iſt, und enſollen wollen noch enmogen, wir odir jeman anders, der mit uns in diz Verbuntniſſe queme, der ouch daz ſelbe zu haltene ſweren und geloben ſal. als vor und nachgeſchriben ſtet, ob wir odir keinre des Got nit enwolle als krang weren, daz wir odir ir keiner dar wieder detden, odir tun wolden, uns da wieder nit behelffen, mit keinre diſpenſatien, abſolucien, relaxacien, abolicien, in integrum reſtitutionem, keinerleie beneficie wie die genant ſey. ez kome wanne oder wie ez kome ez geſchehe umb unſir oder ander lute bede, odir daz man nennet, zu Latine ex officio odir von keinerleie gewalt, des, der ſich des, ane wolte nemen, und ſolten Gote, und der Werlt erloſſ, truwelofs, und meineidig ſin, und heizen, wo und wie wir da wieder detden, odir quemen, in keinerhande wys, allerleie argeliſt, und geuerde an diſen vorgeſchriben ſtuken und in iegelichen uzgeſcheiden zu urkunde und warheit aller dirres vorgeſchriben ſtucke, han wir unſir groſſ ingeſigel gehangen an dieſen Brief der

ge-

gegebin ist zu *Tense* an deme ersten dunerstage nach sante *Margareten* Tage, da man zalte nach Cristes geburte drutzehenhundirt jar, darnach in dem achte und drissegesten jare.

Ejusdem tenoris sunt litteræ Stephani Comitis Palatini ad Rhenum, Ducis Bavariæ.

XXVII.

H. ARCHIEP. MOG. CVRIAM IN MORLEBACH ELOCAT ZV LANDSIDEL RECHT.

Wir *Heinrich* von Gots gnaden des heilgin stules zu *Mentze* Ertzbischoff des heilgen Romischen Riches in Dutschen Landen Ertzcanceler dun kunt allen luten daz wir *Conrad Gengilman* und *Hedewige* siner elichen Husfrawen von *Morlebach* und irn Erbin unsern Hoff zu *Morlebach* mit allen den guten die darzu gehorent zu Lantsiedeln rechte, umb den dritten teil, alles des nutzes, der da von vallen und komen mag in aller der wys, als iz andirlute biz her gehabit hant, geluwen han, und lihen an diesem Brieue, also, daz sie denselbin unsern Hoff und die gut in gewonlichen und erplichen Buwe halden sollent, und sollent sie und yr Erbin, uns unsern teil des nutzes antwerten und reichen als biz her gewonlich gewesit ist. und hant dar vur uns zu undirphande gesetzit ir gut die hernach geschriben steet die man nennit der phrangen

ches in thutſchen Landen Ertzcantzeller, beckennen und tun kunt allen Luten, daz wir *Eberhardin* von *Rynecke* gewunnen han, und ſullen yme darumbe funffzig punt haller geben, oder dar von funffzig kleine Gulden von *Florentze* und dar vor han wir yme funff punt Hallir Geldis zu *Scheitbach* an den Erſten Teil unſirs ziehenden funf und zwentzig ſchilling hallir Geldis, da ſelbis und zu *Clinckelauwe* uf dem halben teil unſers Houes bewiſit, daz yme die unſer Amptman zu *Rienecke* wer danne zu zyten, da ſelbis von unſers oder unſers ſtifftis wegen iſt, jerlichen reichen ſal, alſo lange biz daz wir unſer nachckummen oder ſtifft yme oder ſynen Erben die vorgeſchriben punt Haller bezalen ſementlichen ane abeslan, und wanne daz geſchiit ſo ſal er oder ſine erben uns uff irem eigen gute funff punt Haller geldis jerlicher gulde Bewiſſen *Rienecken* aller Beſte und neheſt gelegen, und uns ufgeben und wieder von uns zu einem rechten Burglehen emphahen und wieder von uns verdienen, mit ſitzen zu *Rienecken*, eiden, truwen, dienſten und andern gewonheiden, als man von alſulgem Burchlehen pligt zu tun und unſir zwiueldich brief dar uber geben, des zu urckunde iſt unſer Ingeſigel an dyſen Brieff gehangen, der geben iſt zu *Aſchaffenburg* uff ſante *Ulrichs* tag do man zalt nach Criſtus geburte druzenhundert und dru und vierzich jar. Alle dyſe vorgeſchriben ſtucke hann ich zu den Heilgen geſworn und gelobt veſte und ſtede zu halten an alreleye argeliſt und geuerde, und des zu urkunde han Ich myn Ingeſigel an dyſen Brieff gehangen.

gen. Der geben iſt des tages und des jaris als vorgeſchreben iſt.

LXXX.

OTTO DE VALCKENBERG CONSTITVITVR OFFICIATVS PER TRACTVM FRIDESLARIENSEM.

Ich *Otto* von Valkenberg Canonicke zu *Fritzlar* beckenne offinliche an dieſem Brieve daz der erwirdig in Gote Vatir und Herre, min Herre Herr *Henrich* Ertzebiſchoff des Heiligen Stuls zu *Mentze*, hat mir ſin Ampt zu *Fritzlar* in ſiner ſtat bevohlen in allir der wiis, als ſin Brieve ſprechent die er mir dar uber gegeben hat und von worte zu worte hernach geſchriben ſtent. Wir *Heinrich* von Gots gnaden des heiligen Stuls zu *Mentze* Ertzbiſchoff des heiligen Romiſchen Riches in dutſchen landen Ertzecanceler beckennen und tun kunt allen luten, daz wir *Otten* von *Valckinberg* Canonicken des Stifftes zu *Fritzlar*, unſir Ampt da ſelbis beuohlen han, und beuehlen mit dieſem Brieve, alſo daz er dazſelbe unſir Ampt halden ſal ſelb vierde gewapint woliezugt, und unſir lant und ſtat zu *Fritzlar*, und andirswa mit demſelben Ampte geſeſſen truwelichen ſchirmen virtedingen und virantwerten ſal, und darumb ſollen wir yme lazzen gevallen alle unſir phenning gulde, die wie da ſelbens zu *Fritzlar* han, die ſich alle jar uf zwei und dritzig, phunt haller treffent ouch

ſal

ſal yme unſir kelner zu anneburg alle jar zu der eren, oder dar nach, ſechs maldir Kornis und als vil habern Fritzlarer maſſe geben und reichen, die uns von unſirn Hueben zu *fritzlar* alle jar vallent ſint, und andirs Korn und habern, die zu dem Ampt gehorent, die da ſelbis, und zu werkele vallende ſint, Ouch ſollen wir yme, alle Buozze und freuil, die da zu *fritzlar* vallende ſint lazzen gevallen und werden ane die grozzen Buezze die an lipe und an gude treffent, die ſollent unſir ſin, ouch iſt geret daz der egenante Otte, von ſiner oder der egeſchrieben gewapint wegen, in dem Ampte, uns unſirn nachckommen, oder ſtifte keine Koſte rechnen ſol, geſchehe iz abir, daz er in dem ampte, ubir die vorgeſchriben zal. me gewaginte Lude muſt han oder mit Tag leiſten, mit unſirn frunde Koſte hetten was Koſte die er in dem Ampte oder ſin zal tedent, die ſollen wir yme gelden und was Koſt er tede uzwendig des Amptes mit ſiner zal lute, oder me die ſollen wir zemal gelden wer auch daz er oder ſin helfire inwendig oder uzwendig, dem Ampte keynen ſchaden an pherden oder an andirn dingen nemen, denſelben ſollen wir yme ouch widirkeren ane geuerde, were auch, daz yme deheyne perde in ſinem ſtalle ſturbe, erblinte odir erlamet des ſin wir yme nit ſchuldig zu gelden, Ouch ſal er unſir Lute zu dem Ampte geſeſſen, niht hoher dringen noch ſchetzen, danne er ſal ſy bi allir der gewonheit, und rehten lazzen virliben, als ſy bizher komen ſint, und ſie truwelichen ſchirmen und ſchuren

und virantwerten zu allen iren noten, und yn glicher rihter sin, dem armen als dem rihten, des zu urckunde ist unsir Ingesigel gehangen an disen brieve der gegeben ist zu *Aschaffinburg* des samstages nach sancte Egidien tag, do man zalt nach Cristus geburte drizehen hundirt und dru und vierzig jar. Des zu urckunde allir diser vorgeschriben dinge stede und veste zu halden, han ich min Ingisigel an disen Brive gehangen, der gegeben ist uff den tag und jar als vorgeschriben ist.

LXXXI.

JVDAEI MOGVNTINI QVID ARCHIEPISCOPO ET CAPITVLO MOG. SOLVERE QVOT ANNIS TENEANTVR.

Wir *Heinrich* von Gots gnaden des heilgin stules zu *Mentze* Ertzebischoff des heilgin Romischen Riches in dutschen Landen Ertzecanceler beckennen uffinlich an diesem Brieue daz wir globt han und globin, vur uns und unser Nachckomen were, daz die siechen juden, die wir und unser Capitel zu *Mentze* entphangen han hinder uns zu wonende, und uns, und unsern Nachckomen alle jar zweihundert phunt haller, und dem selben unserm Capitel funffzig phunt Haller uff sente *Mertins* tag gebin und dienen sollent, uns entfuren und uns, oder demselbin unserm Capitel unsern phacht von dem jare entphunten, also daz wir und unser Capitel des an yn nit irholn mochten, den bu den

sie

ſie dan lazent, des ſal und mag ſich unſer Capitel dan undirwinden und ſol ir mit uns ſin, nach Marzal, uns vur zwei hundert phunt, und yn fur funffzig phunt Haller. Und daz enſollen noch enwollen wir, noch unſern Nachckomen nummer geirren odir dar wieder tun in dheine wiiſs, ane allerlei Argeliſt und Geuerde. Des zu urckunde geben wir dieſen Brieff beſiegelt mit unſerm Ingeſigel. daz hier anhanget, dem vorgenanten unſerm Capitel. der gegebin iſt zu *Elteuil* an ſente *Matheus* tag des heilgin Apoſteln do man zalte nach Criſtus geburte drutzehenhundert und dru und vierzig jar.

LXXXII.

CONCORDIA INTER RVPERTVM DVCEM ET HEINRICVM A. M. LITTERIS CONFIRMATVR.

Herrn *Heinrich* Ertzebiſchoff ze *Mentze* liebe Herrn und Nefe. alſocan Ordenunge richtunge oder ſune die *Hennelie* von *Erlichen* unſer Viztum ze *Heydelberg friedelman* von *Dirmeſtein* unſer Burggraue ze *Fürſtenberg* und *Heinrich Belchendal* unſir lantſchriber von unſern wegen zwiſchen uch unz und unſerm Vettern geredt hant die wollen wir ſtete halten. und geben daruber diſen Brief beſigelt uf den unſern mit unſerm ingeſigel der Geben iſt zu *Altzheim* an dem ſambſtage nach ſante Remigii dage, do man zalte nach Cryſtus gebur-

bur-

burte druzenhundert jar und dru und vierzig jar.

Rupertus Dux.

LXXXIII.

P. GREVEL CASTRENSIS IN CLOP FIT OFFICIATVS IN ALGESHEIM.

Wir *Henrich* von Gots gnaden des heiligen Stuls zu *Mentze* Ertzebischoff, des heiligen Romischen Riches in dutschen Landen Ertzecentzeler tun kunt allen Luden daz wir mit rade, willen, und Vorhengnisse der erbern Lude *Johanns* Dechans, und unsirs gemeinen Capitels des Dumes zu Mentze *Petir Gruele* von *Binge* unsirme Burgmanne zu *Clop*, unsir schultheizen Ampt zu *Alginsheim* beuohlen han, und beuehlen yme, daz an disem Brieue, daz er daz haldin, und habin sal, mit allen nutzen und geuellen, und in allir der wiiss als er, und andir unsir, und unsers stifftes schultheitzen, iz biz her gehabt hant und sal der selbe Petir, unsern Hoff zu *Alginsheim* mit allen unsern Ackern, und wysen die darzu gehorent, halten und buwen. und uns von yeglichem ackern, daz halbe teyl odir daz dritte teil als sich geberet, und bizher gewonliche ist gewest, aller der fruchte und nutze, die davon irschinent und vallende sint, geben, ouch sal er unser Baghus und Mulen da selbis haben, mit allem nutzen, der darabe uellet, und sal die halten in erlichen nothdorfftigem und gewonlichem Buwe und

sal

ſal uns da von alle jar gebin funfftzig maldir Kornes Binger mazes, were ouch, daz die ſelbin Baghus oder Mulen, von unſirn wegen, und nicht von ſinen ſchulden zuſturit, odir vierdielget werden, ſo ſollen wir ſie wieder tun buwen uf unſir Koſt, und als lange ſie ungebuwet, und nit vollebrachten ſint, als lange iſt er uns, der vorgenanten funfftzig malder Korn geldes nit ſchuldig zu geben, ouch ſal derſelbe Petir, unſern Wynmarcket, alda haben und beſtellen und uns davon geben alle jar drizen marg phennige, ſechs und drizzig ſchillinge Haller vur jeder marg zu zallen, ouch hat der ſelbe *Petir* uns geluwen ſechshundirt ſybentzig, und zwei phunt heller, die yn unſirn und unſirs ſtifftes kuntliche nütze und mit namen an unſirn Bu zu *Eltuil* geckeret ſint, und enſollen wir unſir ſtiffte noch unſir nachckommen, den ſelbin Petir oder ſin erben, von dem Ampte niht enſetzen, noch den phaht, von dem Baghuſe, und der Mulen und daz Gelt von dem Wynmarckede nit erhohen, wir enhaben, yme odir ſinen erben die vorgenanten ſehshundirt zwei und ſybentzig phunt Haller gantz und gar bezalet, ouch enſall derſelbe Petir keine unſer undirtanen yn deme vorgenanten Ampte beſweren noch dringen, mit ſchazunge noch ungewonlichen Dienſten, dan als ſie biz herkomen ſint. ſunder er ſal ſie ſchuren ſchirmen und getruweliche virantwerten und gelicher rechtes helfen, dem armen als dem Richen uzgeſcheiden allirley argeliſt und geuerde, an allen diſen ſtucken. Des zu orckunde iſt unſir Ingeſigel, mit unſirs Capitels Ingeſigel an diſen Briue gehan-

 gen,

gen, und wir johan von Gotis gnaden, Dechan, und daz Capitel gemeinliche des Dumes zu *Mentze* beckennen, daz diſe vorgeſchriben dinc, mit unſerm willen, und Rade geſchehen ſint, und han darumb unſir Ingeſigel zu unſers Herren Ingeſigele zu merer ſtedekeit an diſen Brieue gehangen, der gegeben iſt zu *Eltuil* des Montages nach ſancte *Martins* tage, do man zalt nach Criſtus geburte drutzehenhundirt jar, und darnach in dem dru und viertzigeſten jare.

LXXXIV.

HEINRICVS III. ROM. REX CONTECTALI SVÆ AGNETI PRÆDIVM WIRENA *) IN PAGO WETEREIBA **) IN PROPRIVM TRADIT.

In Nomine Sanctæ et indiuiduæ Trinitatis *Heinricus* diuina fauente Clementia Rex. Notum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam præſentibus qualiter nos dilectæ Contectali *Agneti* Reginæ. quoddam prædium *Wirena* dictum. Situm in pago *Wetereiba*. in Comitatu *Malſtat*. *Bertoldi*

*) *Wirena.* Wertheim Oppidum Wetteraviæ et Electori Treverenſi et Principi Naſſovico parens, tribus horis Fridberga diſtat.

**) *Wetereiba.* Wetteravia de qua vide integram commentationem noſtram octavam Diœceſis Moguntinæ in Archidiaconatus diſtinctæ.

toldi Comitis. cum omnibus ſuis Appendiciis. hoc eſt utriusque Sexus Mancipiis. Areis. Ædificiis. Agris. Terris. Cultis et incultis. Pratis. Paſcuis. Campis. Siluis. Uenationibus. Aquis. Aquarum Decurſibus. Piſcationibus. Molis. Molendinis. Uiis et inuiis. Exitibus. et Reditibus. Quæſitis. et inquirendis. Seu cum omni Utilitate quæ ullo modo inde prouenire poterit in proprium tradidimus. eo uidelicet tenore. ut ipſa dilecta noſtra *Agnes* Regina liberam deinceps dee odem prædio habeat Poteſtatem. tenendi. tradendi. uendendi. commutandi. præcariandi. uel quicquid placuerit inde faciendi. omnium hominum Contradictione remota. Et ut hec noſtræ traditionis Auctoritas ſtabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conſcriptam ſubtusque Manu propria roboratam Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domni *Heinrici* tercii Regis inuictiſſimi.

Theodericus Cancellarius uice *Bardonis* Archicancellarii recognoui.

Data VIII. Idus Iuly. Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo XL. VI. Indictone XIIII. Anno autem Domni *Heinrici* tercii Ordinationis ejus XVIII. Regni uero VIII. actum *Rochider* in Dei nomine feliciter amen.

LXXXV.

LXXXV.

HEINRICVS III. ROMANORVM REX PRAEDIVM IN ESCHWEG DONAT ECCLESIAE SPIRENSI.

In Nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. *Heincicus* diuina fauente Clemencia Rex. Salutem a Salute nobis bené rogamus, cum illam Dominam per quam Salus venit eciam nostris Carnalibus honorando Deum precibus pulsamus, hec Domina per quam Salus venit Mater est, et Virgo *Maria*, que Domimum Iesum veram Salutem Virgo genuit, vnde pro nostris necessitatibus, ei Carnalia nostra inpendimus, quam specialiter nobis fautricem affecisse sepe didicimus, ergo Sancte Dei Genitrici Virgini Marie Spiren. ubi *Huozmannus* Episcopitus est, predium quoddam scilicet Eschinewage in pago . . . . *) in Comitatu *Heinrici* Comitis situm cum omnibus appendiciis, hoc est utriusque sexus mancipiis, Areis, Edificiis, pratis, pascuis, siluis, venacionibus, terris cultis et incultis, Vijs et invijs, aquis aquarumque Decursibus, molis, molendinis, piscacionibus, Exitibus et reditibus quesitis et inquirendis, ac cum omni Utilitate, que uel scribi uel nominari poterit, in proprium dedimus atque tradidimus, ea condicione, tu Canonici Spiren. Deo ibidem et Dei Genitrici Virgini *Marie* seruientes inde sustententur, videlicet ut predium et predii usus in necessaria victui fratribus ministretur,

Ab-

*) Denominatio pagi ommissa est.

Abbatiſſa vero in *Eſchinewage* monialibus conſtituenda a manu Episcopi Spiren. quicunque ſit conſtituatur, et cetera omnia ad uſum fratrum Spiren. Eccleſie prefate Conſilio, non vi Episcopi disponantur. Cuius traditionis teſtem Cartam preſentem ſcribi iuſſimus, quam propria Manu noſtra ut infra uideri poteſt corroboratam, et Sigilli noſtri inpreſſione inſignitam, omnis Generacionis tam future quam preſentis noticie reliquimus.

Signum Domni *Heinrici* III. Regis inuictiſſimi,

Adalbero Cancellarius Vice *Sigefridi* Archicancellarii recognoui.

Anno Dominice Incarnationis MLXXIIII. Indictione XIIII. Data Anno autem Ordinationis Dñi *Heinrici* quarti Regis XXI. regni uero XVIIII. Actum feliciter Amen.

Confer. de Gudenus Cod. Dipl. T. I. pag. 536.

LXXXVI.

DONATIO PRAEPOSITVRAE NVENBVRG IN WETEREIBA PER HEINRICVM III. IMPERATOREM EPISCOPO SPIRENSI HVZMANNO FACTA.

In Nomine Sancte et individue Trinitatis *Heinricus* tercius diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam preſen-

ſentibus. qualit et nos pro remedio anime noſtre. ac memoria parentum noſtrorum. Patris videlicet noſtri *Heinrici.* Matris noſtre *Agnetis.* Avi *Cuonradi.* atque Avie *Gislæ.* interveniente Regni Acthori Socia *Bertha* imperatrice Auguſta. mediantibus quoque fidelibus noſtris Lausmnenſi *Burchardo.* item Baſilienſi *Burchardo* Epiſcopis. nec non ob petitionem fidelis ac dilecti noſtri Spirenſis Epiſcopi *Huozmanni.* Sancte *Marie* ad Eccleſiam Spirenſem tradimus prepoſituram *Nuenburg* in *Weteriba.* in Comitatu .... cum omnibus appendiciis. id eſt mancipiis. Arcis. Ædificiis. Terris. Cultis et incultis. Viis et inviis. Molis et Molendinis. Aquis Aquarumque decurſibus. Pratis. Paſcuis. Siluis. Venationibus. Piſcationibus. Exitibus. et Reditibus. Queſitis. et inquirendis. Seu cum omni utilitate que ullomodo inde poterit provenire. ea videlicet ratione. ut predictus Episcopus et ejus ſucceſſores liberam inde poteſtatem habeant obtinendi. preſtandi. commutandi. precariandi. Cujus traditionis auctoritas, ut ſemper ſtabilis et inconvulſa permaneat. hanc cartam inde conſcribi. quam ſicut infra apparet Manu propria roborantes. impreſſione Sigilli noſtri juſſimus inſigniri.

Signum Domni *Heinrici* tercii Romanorum Imperatoris Auguſti *Herimannus* Cancellarius vice *Wezelonis* Archicancellarii recognovit.

Data 2. Idus Ianuarii anno ab incarnatione Domini M. LXXXVI. indictione VIIII. Anno au-

autem Domni *Heinrici* imperatoris Regni quidem XXXI. imperii vero II. Actum *Spire* feliciter amen.

Confer Antiquitates Naumburgenses (Præpositur æ Nuenburg) a Consiliario Bernhard editas, neque velim existimes, Diploma, in quo disideratur nomen comitis, esse falsum; Dantur enim ejusmodi optimæ et indubitatæ fidei quam plurimæ, V. Erath Cod. Dipl. Quedlinb. p. 20. et p. 960.

LXXXVII.

HEINRICVS III. IMPERATOR ABBATIAM HORNBACH EPISCOPO SPIREN. RVDIGERO TRADIT.

In Nomine Sancte et indiuidue Trinitatis *Heinricus* diuina fauente Clemencia Romanorum Imperator Augustus, si in Dominico agro devoti caduca seminamus, in tempore Messis fructu centuplicato semper mansura recipere speramus, licet non nostra Deo demus, sed sua redimus, huius igitur tam beati fructus spe excitati, omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notificamus, qualiter nos propter Deum per quem in omnibus diuites facti sumus, et honore imperiali sublimamur, ad altare Genitricis sue, quod est Spire instinctu et peticione dilecte Contectalis nostre *Berthe* Imperatiecis Auguste, at-

atque filii noſtri *Cunradi* regis, nec non *Rudegeri* cognomine *Huozmanni* ejusdem Eccleſie Antiſtitis, tam animabus Parentum noſtrorum pie memorie, *Heinrici* Impetatoris et Agnetis Imperatricis quam noſtri ſuperſtitum ſaluti coram Deo prouidentes Abbaciam nomine *Hornbach* in pago *Bliſengowe* in Comitatu Godefridi ſitam, cum omnibus ſuis appendiciis, id eſt areis, Edificiis, utriusque ſexus Mancipiis, Eccleſiis, Decimacionibus, Villis, aris, terris cultis et incultis, pratis, paſcuis, compaſcuis, ſiluis, molis, molendinis, Aquis aquarum Decurſibus, Venacionibus, piſcacionibus, exitibus et reditibus, viis et inviis queſitis et inquirendis, et cum omni utilitate, que ullo modo poterit inde prouenire, in proprium tradidimus, ea videlicet racione, ut prefatus Episcopus Succeſſoresque illius de ſupradicta Abbacia liberam deinceps Poteſtatem habeant obtinendi, commutandi, precariandi, uel quicquid illis ad uſum Eccleſie collibuerit inde faciendi abuſum illum non concedimus, ut Bona Eccleſie diuidat inter milites ſuos, et ut hec noſtre auctoritatis tradicio ſtabilis et inconuulſa omni ſuccedentis Temporis Euo permaneat, hanc cartam inde conſcriptam proprie manus impreſſione confirmantes, Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri; Signum Domni *Heinrici* tercii romanorum Imperatoris Auguſti, *Hermannus* Cancellarius Vice *Wezelonis* Archicancellarii recgnoui; Data . . Anno Dominice Incarnacionis MLXXXVII. Indictione X. Anno autem Domni *Heinrici* III. Romanorum Imperatoris Auguſti,

gusti, Regni vero XXXIII. Imperii vero IV. Actum feliciter in Dei nomine Amen.

Diploma hoc e chartario Spirensi producimus et quidem e *Codice* sic dicto *minori* f. 44. qui perantiquus et optimæ notæ; temerarium foret, libris hujusmodi copialibus fidem denegare aut illa diplomata suspecta habere, quorum forsan Originalia produci necdum potuere, Quodsi enim immatura illa crisis prævaleret, profecto actum esset de plurimis probationum codicibus. Conf. hujus Tomi numerum XCII.

LXXXVIII.

HEINRICVS III. IMPERATOR DONATIONEM ABBATIÆ IN HORNBACH EPISCOPO SPIREN. FACTAM NON TANTVM CONFIRMAT, SED ET IVS ADVOCATIÆ EIVSDEM LOCI EPISCOPO IOANNI CONTRADIT.

In Nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente Clemencia tercius Romanorum Imperator Augustus. Quod Sanctorum interventu si Deo ipsiusque Sanctis dignam veneracionem impendimus, nostri Imperii honorem in presenti corroborari, et in futurum beate glorie coronam nobis preparari credimus Deo Sanctisque eius humile et deuotum obsequium exhibere satagimus. beatam igitur *Mariam* quam reginam esse scimus Angelorum que mundo edidit Saluatorem pre ceteris

poſt Deum venerantes Eccleſiam Spiren. in honorem ipſius, a noſtris Parentibus, auo videlicet Cunrado et Patre noſtro *Heinrico* Imperatoribus Auguſtis in eadem Eccleſia conſepultis, devote conſtructam et dotatam, nos quoque ditare ſublimare prediis, familiis ornamentis diuerſisque operibus magnificare in honore Dei et Sancte *Marie* deuote ſtudemus. inter reliqua autem que ſupradicte Eccleſie contulimus Abbaciam *Hornbach* in pago *Bliſengowe* in Comitatu *Godefridi* ſitam cum omnibus utilitatibus ad eandem Abbaciam pertinentibus excepto jure aduocati in proprium tradidimus, ſed quia inter Spiren. Epiſcopum *Iohannem* et Aduocatum ejusdem Abbacie *Hermannum* utpote familiam ipſius Eccleſie inhumane tractantem ſepius non bene convenit peticione et Monicione ejusdem *Iohannis* Epi Eccleſiam ab hujusmodi violencia liberauimus, et ſicut ipſam Abbaciam ob noſtre noſtrorumque anime remedium Deo et Sancte Marie ad Spiren. Eccleſiam dedimus ita et Aduocaciam ipſo aduocato Hermanno laudante et rogante in proprium ea racione donauimus ut predictus Hermannus eiusdem Aduocacie jus et regimen a *Iohanne* Spiren. Episcopo reciperet eique inde ſerviret, et deinceps eiusdem Aduocacie donacio penes omnes Epiſcopi *Iohannis* ſucceſſores Spiren. videlicet Eccleſie Antiſtites ſtabilis exiſtat, huic noſtri Donacioni interſuerunt. *Fridericus* Colonien. Archi Epūs, *Lieumarus* Bremen. Epiſcopus, *Burchardus* Baſilien. Epiſcopus, *Otto* Argentinen. Epiſcopus *Widelo* Minden. Epiſco-

pus

pus; Dux *Fridericus*, Marchio *Burchardus*, Comes Wilhelmus alii quamplures principes noſtri, ut autem huius Tradicionis memoria firma apud preſentes & poſteros, & ipſa Tradicio inconuulſa permaneat; preſentem Cartam in Teſtimonium ſcribi noſtroque juſſimus Sigillo inſigniri. Signum Domni *Heinrici* tercii romanorum Imperatoris invictiſſimi. *Humpertus* Cancellarius vice Archicancellarii recognoui. Data VII. Iduo Ianuarii, Anno ab Incarnacione Domini M. C. Indictione VII. regnante *Heinrico III.* romanorum Imperatore Auguſto Anno XL. VI. Imperante autem XV. Actum eſt hoc *Spire* in Chriſti nomine ad ſalutiferam Memoriam *Iohannis* venerabilis ejusdem loci Epiſcopi feliciter Amen.

De Cænobio Hornbacenſi in pago Bleſenſi & Diœceſi Metenſi ſito multa apud Crollium in Orig. Bipont. pag. 72. ſq.

LXXXIX.

HEINRICVS VI. IMPERATOR CONCAMBIVM MONASTERIVM WEISSENBVRGEN. INTER ET HEMERODEN. SVPER PRAEDIO IN METTENHEIM (HODIE NEVHOFEN) ET RECHHOLZ, NEC NON VINEA APVD EINKIRCH FACTVM, CONFIRMAT.

In Nomine Sancte & indiuidue Trinitatis *Heinricus* Sextus diuina fauente Clemencia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus ea que in preſencia

Majeſtatis noſtre juſte & racionabiliter terminantur ne proceſſu temporis & preſencium malicia uel Succeſſorum ignorancia aliquatenus immutari debeant uel infringi auctoritatis noſtre munimine dignum duximus confirmare precipue cum ea que ad obſequium Dei & utilitatem perſonarum Deo militancium conducere cognoſcamus, quapropter notum facimus uniuerſis Imperii noſtri fidelibus preſentibus & futuris, quod dilectus noſter *Godefridus* Abbas Wicemburgen. cum Confratribus & Miniſterialibus ſuis predium illud in *Mettemenheim* & *Richholz* quod *Eberhardus* de *Rede* ab eo tenuit in feodo, dilecto noſtro *Hermanno* Abbati de *Hemmenrode* et monaſterio eius per manus noſtras dedit in proprietatem in paludibus, molendinis aquis, aquarumque decurſibus, Campis agris cultis & incultis pratis ſiluis & omnibus utilitatibus, quas in eodem predio poterunt habere, econuerſo jam dictus Abbas de *Hemmenrode* & Confratres ſui predicto Abbati Wicemburgenſi & Monaſterio eius dederunt per manus noſtras in proprietatem Vineam apud *Einkirke* in jurisdictione noſtra prope *Croue* quam emerunt pro Centum Marcis, hanc igitur Donacionem & Concambium, quod per Nos & in preſencia noſtra factum eſt, ratum habemus & preſenti pagina diuali confirmamus, ſtatuentes & Imperiali ſanctientes Edicto ut nulla omnino perſona humilis uel acta ſecularis uel Eccleſiaſtica predictum Concambium aliquatenus immutare preſumat, uel predictos Fratres de *Hemmenrode* in predio quod eis datum eſt, & ſuis utilitatibus moleſtare audeat uel

gra-

grauare, quod qui facere attemptauerit Viginti Libras Auri pro pena componat, dimidium Camere nostre & reliquum passis iniuriam, ut autem hec imperpetuum rata permaneant, & a nullo unquam immutentur presentem paginam inde conscribi jussimus & Majestatis nostre Sigillo communiri. huius rei Testes sunt *Otto* Spiren. Episcopus, *Symon* Dux Lotharingie, *Otto* palatinus Comes Burgundie, *Philippus* frater noster, *Sibertus* Comes de *Franckenborch*, *Bertholdus* Comes de *Bergue*, *Bertholdus* Comes de *Nuemborch*, *Bopo* Comes de *Loyphe*, *Hugo* dictus *Lunaris Ville*, *Godefridus* de *Wineden*, *Rudolfus* de *Kiselae*, *Marquardus* de *Witre*, *Heinricus* de *Wildenstein*, *Walterus* de *Eichelberg*, *Cuno de Mincenborch*, *Wezelo de Bergue*, *Conradus de Rotemborch*, *Cunradus* de *Annewilre*, *Heinricus* de *Tanne*, *Anselmus de Spira*, *Sifridus* Marescalcus de *Hagenowe*, *Euerhardus* Marescalcus de *Anebos* & alii quamplures. Ego *Sigelous* Imperialis aule Cancellarius Vice Domni *Conradi* Moguntinen. sedis Archiepiscopi totius Germanie Archicancellarii recognoui. Signum Domni *Heinrici* sexti romanorum Imperatoris inuictissimi. Acta sunt hec Anno incarnacionis Dominice Millesimo CXCiiij, Indictione XII. regnante Dño *Heinrico* sexto romanor. Imperatore gloriosissimo Anno regni eius XXIII. Imperii uero IIII. datum apud *Triuels* VII. Idus Madij.

De monasterio Weissenburgensi Ord. S. Benedicti multa specialia refert Trithemius Chron. Hirsaug. Tom. 2. pag. 469. sq.

XC.

CONCAMBIVM ABBATEM PRVMEN. INTER ET COENOBIVM IN HEMEROD. SVPER VILLA HILLENSHEIM ET CVRTE IN MVTTERSTATT.

In Nomine Sancte & indiuidue Trinitatis Ego *Gerhardus* diuina prouidencia Prumiensis Abbas notum facio uniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris quod Cenobium de *Heminrode* per emptionem ab *Hellengero* de *Franckenstein* & Coheredibus suis *Hellengero* & *Warnero* acquisiuit que vocant *Hillensheim* attinentem feodo quod Dux *Fridericus* quondam auus Dñi *Heinrici* Sexti Romanor. Imperatoris tenuit ab Ecclesia Prumien. sed quia eandem Villam de manu jam dicti Imperatoris jure feodali Comes habuit de *lyningen*, a Comite autem de *lyningen* iam dicti viri *Hellingerus* de *Franckenstein* & nepotes eius *Hellingerus* & *Warnerus* ut firmam facerent prefato Cenobio de *Heminrode* hanc donacionem oportuit ut supradictam Villam *Hellengerus* & Nepotes sui in Manu resignarent Comitis de *Lyningen*, Comes vero in Manus Imperatoris quod quidem factum est, Imperator autem quod suum erat per *Fridericum* de *Kirberg* & *Anshelmum de petra* prumiensi Ecclesie & michi Abbati illud resignando transmisit assignandum Cænobio de *Heminrode*, ego vero ex consensu tocius Capituli mei & de consilio tam nobilium quam plurium ministerialium prumiensis Ecclesie proprietatem sepedicte Ville in *Hillensheim* omni eo jure & libertate qua

pre-

predicti nobiles illam possedebant cum omnibus appendiciis suis in campis in pratis in terris cultis & incultis, in piscariis in aquis in aquarum decursibus in nemoribus Monasterio de Heminrode libere donaui & contradidi, prefatis Viris nobilibus *Friderico* & *Anshelmo* ex auctoritate Dñi Imperatoris & sub nomine Cenobii de *Heminrode* donacionem que vulgo Sale dicitur recipientibus, econtra *Gerardo* & *Philippo de Riferscheit* viris nobilibus ex parte prumiensis Ecclesie curtim que Mutterstat vocatur in Concambio recipientibus, sed quia predicta curtis de *Muterstat* minus quam prefata villa *Hillensheim* valere videbatur centum Jurnalibus & quinquaginta marcis ad allodium Prumiensis Ecclesie emendum ut ex omni parte concambium equaretur ab *Hellingero* est recompensata, prenominati vero viri *Fridericus* & *Anshelmus* concambium approbatum ab omni Ecclesia Prumiensi Imperatori detulerunt ut sicut prius erat de *Hillensheim* Comes de *Lyningen* ab Imperatore *Hillengerus* & sui Coheredes a Comite reciperent in feodo curtim de *Muderstat* cum predicto additamento pro Concambio quod prumiensi Ecclesie est recompensatum, ut autem prefatum Concambium factum de mea Voluntate & consensu tocius Conuentus prumiensis & aliorum predictorum ratum perpetuo et firmum Monasterio in *Heminrode* obseruetur, presens inde priuilegium conscribi & Sigillo meo feci communiri. Acta sunt hec apud *Wormaciam* XIIII. Kal. Aug. Anno Dñice Incarnacionis M. C. nonagesimo quinto Indictione XIII. regnante Dño *Heinri-*

co ſexto romanor. Imperatore. huius rei teſtes ſunt *Johannes* Treuerenſis Archiepiſcopus *Vlſtalcus* Auguſtien. Epūs. *Heinricus* Wircenburgenſis Epiſcopus, *Otto* Spirenn. Epūs, *Heinricus* Wormacien. Epiſcopus *Bertrammus* Meten. Epūs, *Lupoldus* major Prepoſitus in *Wormacia*, *Gerardus* Monachus & Decanus de *Proume* totus Monachorum eiusdem Loci Conuentus *Bertholdus* Prepoſitus & totus Clericorum prumienſium Conuentus *Conradus* Dux Sueuie, *Ludewicus* Dux Bauarie, *Adolfus* Comes de *Scowenburg* Burgrauius de *Nurenberg* *Geuardus* Burgrauius de *Medelberg* *Wezelo* de *Berge*, *Truſſardus* de *Keſtenberg*, *Cono de Mencenberg* *Fridericus* Comes de *Vienna*, *Gerhardus* de *Rifersſcheit* & *Philippus* frater eius, *Fridericus* de *Kirburg*, *Anshelmus de Petra*, *Johannes de Butensheim*, *Wernerus* Camerarius, *Waltherus* Dapifer & alii quam plures.

XCI.

MONASTERIVM HIRSAVGIENSE PRÆDIVM SVVM IN WEINGARTEN CAPITVLO SPIRENSI VENDIT.

Heinricus Dei Gracia Abbas & Conuentus Monaſterii *Hirsaugien.* *) omnibus preſentem Literam

*) Henricus Hirſaugienſis Abbas XX. præfuit annis VIII. menſe uno, diebus XV. Anno MCXCVI. quarta Decembris ſpontanée reſignavit. Trith. chron. Hirſaug. T. I. p. 477. ſq.

teram inſpecturis ſinceram in Dño Caritatem, tepore preſencium proteſtamur, quod nos Neceſſitate ac Vtilitate Eccleſie noſtre inſpecta predium quoddam ſitum in Wingarten quod ad nos ſpectabat Venerabilibus Dñis Decano & Capitulo Spiren. Eccleſie vendidimus libere & absque vexacione qualibet poſſidendum, promittentes, & usque ad ſummam triginta marcarum obligantes Capitulo predicto, Curiam & Decimam noſtram ſitam in Zutern quod ſi *Fridericus* de *Tanne* & coheredes ipſius qui ſe jus Aduocacie in dicto predio habere aſſerunt, ſepe dictum Capitulum in aliquo grauauerint in predio huiusmodi ſeu eciam quidquam euicerint, ab eisdem dampna quecumque memoratum Capitulum in hac parte incurrerit de predictis Bonis in *Zutern* plenarie refundemus, in cuius rei Teſtimonium preſens ſcriptum noſtro ac conuentus noſtri Sigillis duximus muniendum.

Wingarten ſive Weingarten Villa Dit. Palat. Spiram inter & Landauiam.

Zutern hod. Zeutern. Villa transrhenana Dit. Spiren.

XCII.

LITERÆ TESTIMONALES IOANNIS ARCHIEPISCOPI TREVIREN. AD PHILIPPVM ROMANORVM REGEM, QVOD ABBATIÆ IN KAVFFINGEN ESCHWEGE, HORNBACH ET SCHWARZACH A PIISSIMÆ MEMORIÆ ROMANOR. REGIBVS ET IMPERATORIBVS EPISCOPATVI SPIREN. DONATÆ SINT.

Sereniſſimo Dño ſuo *Ph* . . Romanorum Regi et ſemper Auguſti. *J* . . Dei gracia Treuerorum Miniſter humilis, tam deuotum quam debitum cum oracionibus obſequium. Veſtre ſignifico Excellencie, quod ſuper Abbacia in Confungen Dño Spiren. Epō Teſtimonium perhibeo et ea que ſuper hijs michi cognita ſunt, pura conſciencia et mera veritate vobis expono, conſtat itaque michi quod Abbacia in *Confungen* Dño Spiren. Episcopo attinet et Temporibus meis uidi tres uel quatuor Abbatiſſas, que a Confungen Spiram transeuntes, Inueſtituram eiusdem Abbacie, a Dño Spiren. Episcopo receperunt debitam ei reuerenciam exhibentes, et eciam eum muneribus honorantes, preterea ego adhuc Archi-Diaconus Spiren. Eccleſie exiſtens a Dño Spiren. Episcopo *Confungen* miſſus, ob reuerenciam ipſius Episcopi glorioſe receptus ſum, et munuſculis honoratus. Conſtat eciam michi, quod bone Memorie Imperator *Heinricus* ad ampliandum honorem et dignitatem Spiren. Eccleſie quatuor Abbacias ei contulit, videlicet

licet *Confungen*, *Effchenewege*, *Hormbach*, et *Suarzabe* que temporibus Domini mei pie recordacionis patris veſtri Dño Spiren. Epiſcopo deuotiſſime exſtiterunt; ſed temporibus Dñi mei fratris veſtri *Confungen* ſe quodammodo retrahere incepit. Conſulo igitur ſublimitati veſtre & attente rogo quatinus ea que Progenitores veſtri Eccleſie Spiren. contulerunt, in qua ipſi requieſcunt, temporibus noſtris ſubtrahi non ſinatas, ſed ſicut veſtram decet Majeſtatem ea que hactenus poſſedit, ei conſeruare curetis, & ſicut multiplici Beneficio iam incepiſtis in poſterum ditare & promouere ſtudeatis.

Joannes Archi-Epiſcopus ſedem Treverenſem tenuit ab an. MCXC. ad an. MCCXII. XIV. Kalendas Auguſti. Philippo II. electo Germaniæ Regi Moguntiæ Corona impoſita eſt an. MCXCVIII. Philippus occiſus eſt Bambergæ MCCVIII. 22 Junij.

XCIII.

CONRADVS EPISCOPVS SPIRENS. ECCLESIAM APVD DIEBSBRVCKEN EXTRA SVBVRBIVM SPIREN. SITAM MONASTERIO ORDINIS S. SEPVLCHRI IN DENCKENDORFF *) SVB CERTIS CONDITIONIBVS DONAT.

In Nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. *Cunradus* Eccleſiæ Spiren. Epiſcopus ſepe propter diutur-

*) Ampliſſimum quondam ac ſplendidiſſimum in Wirtenbergiæ Diœc. Conſtant. cœnobium Ordinis Cano-

turnitatem temporis in Dubium uertitur, quod inter homines verbis uel factis contrahitur, nec in memoria preterite Actionis firmiter retineri speratur, nisi condicionis Origo scripture auctoritate fulciatur, inde est quod notum fieri volumus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris hanc cartam inspicientibus, quod cum Voluntate Capituli nostri & consensu ciuium nostrorum pro reuerentia Sancti Sepulchri, tradidimus Ecclesiam que sita est apud *Diepruchen* cum fundo suo & cum omnibus appendiciis suis, siue in Terris cultis uel incultis, siue in pascuis, siue in pratis Ecclesie in *Denckendorf*, ea condicione, ut ad propositum illius loci respectus hinc habeatur, de temporalibus & in spiritualibus prout ordinis eius regula requirit, nobis autem si quis in hiis defectus interciderit, & successoribus nostris corrigendis reseruetur, & ut a Præposito *Cunrado de Denckendorf* uel eius successore tenuitas huius Ecclesie pro posse & nosse in temporalibus adiuuetur, nec non diuinum officium celebriter ibidem per Prouidenciam eiusdem Prepositi & suorum Successorum procuretur, Prepositum igitur prenominatum instituimus, & ipse Institucionem in hunc modum accepit a nobis, quod mulieribus adhuc ibi superstitibus in necessariis tam corporis quam anime

aman-

nonicorum Regularium S. Augustini Congregationis S. Sepulchri fundatum an. 1124. ab illustri viro ab Erlickheim. plura vide in Documentis Monast. Wirtenberg. virorum fol. 505. Suevia Ecclesiastica pag. 260. sq.

amanter & diligenter ad vitam earum prouidebit vel de consilio vel auxilio Episcopi & ipsius Prepositi munificencia ad alia conuenticula Mulierum eiusdem Professionis, cum earum voluntate transferre curabit, & ut omnibus eis ab hac Luce subtractis, uel alias translatis Prepositus predictus uel eius successor faciat ibi sue Professionis conuentum Deo vel sancto sepulchro perpetuo seruiturum, & quoad jus Dyocesanum Episcopo ciuitalis in omnibus obediturum, & quod in loco predicto nulla umquam surgant Edificia de quibus ciuitati possit imminere periculum, neque ciues impetantur de cetero de confractione muri ad munimentum sue ciuitatis quondam necessitatis causa de loco iam dicto translati, ut autem hec rata & inconuulsa permaneant, ad perpetuam firmitatem Ecclesie Spiren. & Ecclesie in *Denckendorf* paginam istam conscribi & auctoritate nostri Sigilli simul & Ecclesie fecimus insigniri. huius rei Testes sunt *Otto* maior Prepositus, *Albertus* Decanus & alii quam plures. Acta sunt hec anno Dominice Incarnacionis M.CC.VII. Indictione X. Pontificatus nostri Anno VII.

XCIV.

MONASTERIVM HIRSAVGIEN. VENDIT CAPITVLO SPIREN 4. JVGERA VINEARVM IN MECKENHEIM.

Ego *Eberhardus* Hirsaugen. Abbas cum consensu Capituli mei vendidi Capitulo maiori in *Spi-*

Spira iiij. jugera vinee Allodii noſtri in *Meckenheim* pro VIII. Libris Spiren. monete, quas quia libere poſſedimus, & ut propria Bona libere eidem Capitulo maiori ſine omni contradictione contulimus, & eas a nobis ab omni Exactione liberas & ſine quouis onere volumus tranſire, ſicut decet liberum predium. Acta ſunt hec anno Domini MCCXIX. Indictione VI. ſub venerabili Epiſcopo *Cunrado* Spiren. & Methen. menſe Marcio. Teſtes *Cunradus*, *Cunradus*, *Adeluole* Miles, *Egeno*, *Egehardus* plebanus Sancti Leonis & alii quorum nomine Labor eſt enumerare.

XCV.

CONRADVS DE SCHARPHENBERG EPISCOPVS SPIREN. ET METEN. HOSPITALE JVXTA CAPELLAM S. STEPHANI SITVM SVB CERTIS CONDITIONIBVS DONAT ORDINI TEVTONICO.

In Nomine Sancte & indiuidue Trinitatis Amen.

C. Dei gracia Methen. & Spirenſis Epiſcopus, imperialis Aule Cancellarius; ad quoscunque preſens ſcriptum peruenerit imperpetuum paſtoralis cura exigit & maxime Epiſcopalis, res minus utiles in meliores uſus commutare, & cultum Dei in quocunque Loco poſſumus ampliare, conſiderantes itaque quod minus prouide Chriſti pauperibus in hoſpitali noſtro ſito iuxta Capellam Sancti *Stephani* prouideretur ad Laudem Dei & ſue

ge-

genitricis Sancte *Marie* ad hoſpitale teuptonicorum in *Jhruſalem* cum conſenſu capituli noſtri contulimus omni eo jure, in quo fuit tempore noſtre collacionis, ut ſiqua Negligencia circa pauperes Chriſti hactenus ibi fiebat, eorum Prouidencia & peruigili Diligencia ſuppleatur, contulimus autem eis idem hoſpitale hoc pacto, ut ipſi nichil preſumant ordinare in preiudicium maioris Eccleſie, vel aliarum Eccleſiarum conuentualium, nec paruulos Baptizando, & ſi forte Capellani Sancti *Stephani* aliquo modo optinuerint, eo jure habeant in quo iam eſt ſepeliendo ibi mortuos, ſcilicet de vicino & pauperes ſuos, vel ſi forte nouam Eccleſiam edificauerint, & ibi pauperes ſuos ſepeliant & non alios, niſi de Licencia Dominorum, nec audiant Confeſſiones hominum niſi ſuorum vel ſi ſit ut ſolet fieri quandoque, ſuſpenſio Generalis diuinorum, ipſi diuina celebrare non attemptent & tumulare mortuos in Excommunicacione defunctos non preſumant, & ut breuiter dicamus nichil preſumant ordinare abſque Licencia Capituli, in quo poſſit Eccleſia maior vel alie Eccleſie dampnificari, ſed ſi forte ipſi ea que dicta ſunt infringere attemptauerint, in penam eis ſtatuimus quod a jure Donacionis quod eis contulimus cadant, & omnis noſtra Donatio in irritum ducatur. Acta ſunt hec anno MCCXX. Indictione VIII. regnante glorioſiſſimo Domino noſtro Rege *Friderico*. Teſtes autem huius Donacionis ſunt: *Cunradus* maior Prepoſitus, *Berngerus* Cantor, *Heinricus* Prepoſitus Sancti *Germani*, *Eberhardus* Scolaſticus, *Cunradus* portenarius,

Cun-

Cunradus & *Bertoldus* de *Hohinhart*, *Albero* Cancellarius, *Heinricus* de *Wizenburg*, *Vlricus* de *Maginheim*, *Vlricus de Stokersberc*, *Gerlacus*, *Sifridus* Sancti *Germani* Decanus, *Swicgerus*, *Heinricus*, *Ecgehardus*, *Ditherus*, *Ortlibus*, eiusdem Ecclesie Canonici. *Albertus* Sancti *Widonis* Decanus, *Wolfgerus*, *Swicgerus* custos, *Cunradus* de *Emphelingen*, *Wernherus*, *Gertwicus* eiusdem Ecclesie canonici. Omnium Sanctorum Canonici, *Marquardus*, *Sifridus*, *Cuno* Custos, *Heinricus*, *Cunradus* prebendarii maioris Ecclesie Spiren. *Dithericus*, *Ulricus*, *Anshelmus*, *Volradus*, *Godefridus*, *Ditherus*, *Godefridus* Ministeriales maioris Ecclesie Spiren. *Cunradus de Berge*, *Eberhardus* Pincerna, *Anshelmus* Aduocatus, *Cunradus de Lithenstein*, *Cunradus de Durenkeim*, *Johannes de Dandestat*, *Cunradus Crowel*, *Egeno de Kirwilre* ciues Spiren. *Heinricus* de *Husin* & filius suus *Elbewinus* et *Heinricus*, *Elbewinus Albus*, *Marquardus Lambesbuch*, *Heinricus* filius *Sifridi*, *Cunradus* filius *Gotschalci*, *Ortlibus*, *Rutlibus*, *Cunradus* filius *Gerhardi*, *Rudolfus Hunsdrube*, *Wernherus* et *Heinricus* frater suus, *Waltherus de Wincsburch*. *Sifridus Buschelin*, & alii tam clerici quam Laici, ut autem hec donacio nostra secundum quod dictum est a nobis & a successoribus nostris rata & inconuulsa permaneat presentem paginam Sigillo nostro & Capituli & ciuium fecimus insigniri. Datum apud *Spiram* VI. Idus Maij festo *Gordiani* & *Epichmachi* Pontificatus nostri Anno. . . .

XCVI.

XCVI.

RECOGNITIO ABBATIS ET CONVENTVS VTERINÆ VALLIS ERGA CAPITVLVM SPIREN. SVPER DECIMIS, ET OBLIGATIONE CVRIAE IN MECHTERSHEIM.

G. Dei gracia Abbas & Conuentus *Vterine Vallis* omnibus presentem paginam inspicientibus inperpetuum nobis & Capitulo maioris Ecclesie Spiren. super Decimacionibus litigantibus sic est compositum, quod a Decima pecorum & olerum ortorum hactenus a nobis cultorum penitus nos ab ipso Capitulo sumus absoluti, sed in aliis eis Decimas debitas persoluemus, preterea curia nostra in *Methersheim* tenebitur curie ipsorum in *Heiligenstein*, eo jure quousque nunc ei solita fuit teneri, in huius rei Testimonium Sigillo nostro roboramus presens scriptum. Actum Anno Dñi MCCXXV. Mense Februarii.

XCVII.

MONASTERIVM IN CLINGENMVNSTER *) CENSVM IV. VNCIARVM DE MANSO IN MVTTERSTATT ECCLESIAE SPIREN. VENDIT.

Johannes Dei Gracia Abbas totusque Conuentus Ecclesie Monasterien. Omnibus presens scriptum

*) Abbatiæ *Clinga* vulgo Clingenmünster a Dagoberto Rege fundatæ & Ecclesiæ Moguntinensi atti-

ptum intuentibus ſalutem in Chriſto preſentis ſcripti ſerie proteſtamur, quod nos de communi conſenſu & concordi voluntate vendidimus Eccleſie Spiren. maiori cenſum qui ſoluebatur nobis de Manſo uno in *Mutterſtatt* ſcilicet quatuor uncias Spiren. denar. omni Jure & omni Libertate, quo nos eundem cenſum poſſedimus & de eadem Emptione ipſi Eccleſie ubicumque Locarum plenam facimus Warandiam, & ut hec rata permaneant & in conuulſa preſens ſcriptum noſtro Sigillo ſignatum Spiren. Eccleſie in Teſtimonium duximus concedendum. Datum *Spire* Anno Dñi Milleſimo CC.XX.VI. VI. Jdus Martii.

XCVIII.

FRIDERICVS ET JOANNES FRATRES DE FRANCKENSTEIN RENVNCIANT LITI, QVAM HABVERE CVM MONASTERIO HEMERODRATIONE ALVEI JVXTA SYLVAM RECHHOLZ, APPROBANTE ET CONFIRMANTE HEINRICO VII. ROMANOR. REGE.

Heinricus Dei Gracia Romanor. Rex & ſemper Auguſtus in perpetuum Eccleſiarum neceſſitati-

titulatæ jurium Confirmationem an. 1080. factam vid. apud de Gudenus T. I. pag. 25. ſitus hujus quondam monaſterij eſt in Palatinatu ſub ſatrapia Germersheim. An. MCCCCXCI. Abbatia hæc Ord. S. Benedicti mutata eſt in Eccleſiam ſæcularem. Trithem. Chron. Hirſaug. T. 2. p. 537.

tatibus ſuffragari, & bono ipſarum conſulere eo benignius quo ipſe religioſiores inueniuntur decet regiam Majeſtatem, ea propter notum eſſe volumus omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, quod dilecti fideles noſtri *Fridericus* & *Johannes* Fratres de *Franckenſtein* ad peticionem *H.* Abbatis & Conuentus Ecclefie in *Hemmisrode* ceſſerunt omnino Liti illi quam habebant contra ipſam Eccleſiam ſuper alueo & decurſu Riui illius, qui fluit juxta ſiluam *Rechholz* & promiſerunt in preſencia magnificencie noſtre, quod nec ipſi nec in poſterum heredes ipſorum eidem Eccleſie in ipſo Riuo aliqualiter erunt graues & moleſti; ſed Eccleſia de eodem riuo non obſtantibus memoratis *F.* & *J.* vel eorum heredibus ſuum prout voluerit commodum procurabit, ut autem hec rata & inconuulſa permaneant preſens ſcriptum Sigillo magnificentie noſtre munitum prefate Eccleſie in Teſtimonium duximus concedendum. Datum *Spire* Anno Domini Milleſimo CC.XXX. V. Idus Decembris.

XCIX.

BERINGERVS EPISCOPVS SPIREN. FVNDATIONEM MONASTERII MONIALIVM DE PONTE SALVTIS (HEILSBRVCK *) EVENTVALITER CONFIRMAT.

B. Dei Gracia Spiren. Episcopus unaque maioris Ecclesie Sancti *Germani*, Sancti *Widonis* & Sancte *Trinitatis* Capitulorum Collegia Spiren. Omnibus presens scriptum intuentibus imperpetuum, non difficulter peticionis obtinet Effectum, qui per sue postulacionis affectum neminem grauat hominum & se Deo reddit acceptum. Cum itaque Magister *Salomon* Canonicus Herbipolen. ob honorem Dei & Reuerenciam circa plurium utriusque sexus salutem verbo & opere persistens incessanter a no-

*) Monasterii hujus fundatio, redditus & ultima fata sic in antiquo MS. recensetur: Pontis salutis vulgo Hailsbrück virginum monialium monasterium Ordinis Cisterc. a Constantino in honorem Deiparæ Virginis in Præfectura seu Ammania Neustadiensi ditionis Palatinæ situm in Diœcesi Spirensis Episcopi. A nobili milite Burckardt de Breidenstein locus Monasterio condendo pro 300 marcis Argenti puri emptus est. Reditus habet annuos: Pecuniæ 511 fl. vini 93. plaustra 5 omas. siliginis 642. maltra. Hordei 24 maltra. speltæ 223. maltra. Avenæ 146. maltra. Pisorum 2 maltra. Nucum 4 maltra. Cœparum ½ maltrum. Anseres 9. Capones 87. Gallinas 5. Olei 154 libras. Ceræ 5 libras. Occupatum est hoc monasterium a Palatino circa annum MDLXV. ita MS.

a nobis petiuerit humiliter, ut ad conuentualis Ecclesie Cistercien. ordinis de collegio mulierum fundacionem & Promocionem in Spiren. Diocesi fauorem prestaremus, & assensum communicato inuicem consilio, requisitaque super hoc ciuium Voluntate, unanimiter ad honorem Dei sueque Genitricis perpetue Virginis Marie fauorem nostrum super hoc prestitimus & assensum, ita ut a ciuitate miliare unum uel supra ubicunque se facultas offerret in Spiren. Diocesi sine Ecclesie Preiudicio in cuius fundaretur Territorio siue quarumlibet aliarum ipsius Diocesis Ecclesiarum grauamine ut petebat licite fundaretur; quod ut stabile permaneat tam nostrorum munimine Sigillorum, quam ciuium, presentem paginam inde conscriptam fecimus roborari. Actum Anno Dominice Incarnationis M° CC° XXX° secundo. Mense Julio.

C.

COMITES DE VAHINGEN BONA SVA IN VILLA OBEROEWESHEIM CVM ECCLESIA IBIDEM DONANT MONASTERIO MAVLBRVNNEN. *)

G. de *Vehingen* & C. filius suus & G. filius fratris sui de *Calwa* Comites omnibus in perpetuum. Sub attestacione Sigillorum nostrorum profitemur. Uniuersis tam presentibus quam futuris

 pre-

*) De monasterio Maulbrunn vide subsidior. Dipl. Tom. IV. pag. 333.

presentem cedulam inspecturis quod nos bona in *Owensheim* sita, que *R. de Kieselowe* jure feodali a nobis tenuit, sicut nos ea a Venerabili Dño *B.* Episcopo Spiren. & Ecclesiam eiusdem Loci consimili jure dinoscimur tenuisse ducti pia voluntate donauimus Conuentui *Mulenbrunnen.* in perpetuum possidenda preter homines & Uineta que dictus *R.* in feodo a nobis possedit, qui & prememorata bona vendidit Ecclesie *Mulenbrunnen.* cum consensu & voluntate nostra renunciantes omni juri, quod in eisdem bonis dinoscimur habere. Ut autem hec Donacio, nec a nobis, nec a heredibus nostris possit infringi, siue ab aliquo calumpniari, presentem cartulam Sigillis nostris insigniuimus. Testes sunt Dñus Abbas *de Alba*, Dñus *Waltherus* quondam Abbas ejusdem Loci, *Otto de Eberstein*, *Godefridus de Lewenstein* Comes, *Otto de Brosle*, *Albertus Drosler*, *Heinricus de Rossewach*, *Bertoldus de Weingen*, *Belremus de Eselesberch*. Acta sunt hec Anno Domini M. CCXXXII. Indictione quinta.

CI.

CONRADVS EPISCOPVS SPIREN. CONFIRMAT DONATIONEM ECCLESIÆ IN BILLIGHEIM CAPITVLO SPIREN. A MONASTERIO WEISSENBVRGEN. FACTAM.

In Nomine Sancte & indiuidue Trinitatis Amen. *Cunradus* Dei gracia Spiren. Epus omnibus Christi fidelibus imperpetuum, cum diuersitatem Cor-

Corporum ſequatur diuerſitas animorum & corpora mutabilitati ſubiaceant uniuerſa neceſſe eſt, ut animi quoque deficientibus corporibus deficiant, unde ne geſta hominum propter variam Corporum mutabilitatem depereant, ea ſcripture teſtimonio conuenit roborari, preſentem igitur paginam inſpecturis notum fieri volumus uniuerſis, quod nos conſiderata venerabilis Dñi *Cunonis* Abbatis Wizzenburgen. ſincera Devocione & deuota ſinceritate, qui ob honorem Dei & Sancte Genitricis Marie juspatronatus quod habebat in Eccleſia *Bullinkeim* de conſenſu Conuentus ſui tradidit Eccleſie Spiren. maiori ſine contradictione qualibet deinceps poſſidendum, quemadmodum ipſius Abbatis & Conuentus publicum declarat Inſtrumentum, prouentus dicte Eccleſie *Bullinkeim* Canonicis Eccleſie Spiren. maioris donauimus Uniuerſos accedente Conſenſu *Cunrad de Steinabe* Archidiaconi eiusdem Loci equaliter inter ſe diuidendos. hoc adiecto, ut dicti Canonici perpetuum inprefata Eccleſia *Bullinkeim* de Conſenſu Archidiaconi, qui pro tempore fuerit inſtituant Vicarium competenti & honeſta ſibi porcione uel prebenda deputata, ut autem hec noſtre conceſſionis ſiue Donacionis Auctoritas rata & inconvulſa permaneat in Euum, preſentem Cartam exinde conſcriptam Sigilli noſtri fecimus impreſſione roborari. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnacionis MCCXXXV. preſentibus *Cunrado* maiori Spiren. Prepoſito, *Sifrido* Decano, *Ceizolfo Cunrado*, & *Cunrado* Sancti *Germani*, Sancti *Guidonis* & Sancte *Trinitatis* Prepoſitus & aliis quam pluribus Teſtibus ad hoc vocatis & rogatis.

CII.

MONASTERIVM CLINGENSE JVS PATRONATVS ECCLESIÆ IN OFFENBACH CAPITVLO SPIREN. DONANDO TRADIT.

In Nomine Sancte & indiuidue Trinitatis Amen. *Cunradus* diuina miseracione Abbas *Clingensis* Monasterii, omnibus Christi fidelibus deuotum in Christo munus oracionum; racionabile est, & racioni consentaneum, ut Ecclesiastice persone inuicem cognoscant sua negocia & alterutrum ydoneis peticionibus pium prebeant assensum, notum sit igitur tam presentis Etatis hominibus quam future posteritatis, quod nos inclinati precibus dilectorum Canonicorum maioris Ecclesie Spiren. donauimus eisdem de consensu & bona voluntate Conuentus nostri jus-patronatus Ecclesie in Offenbach pleno iure possidendum, accedente eciam Consensu & Voluntate Venerabilis Dñi nostri *Sifridi* Moguntinen. Archiepiscopi; Sicut ipsius publicum declarat Instrumentum, ut autem hec nostra Donacio rata & inconuulsa perpetuis seruetur Temporibus; presentem Cartam exinde conscriptam sigillorum nostri & Conuentus jussimus impressione robarari. Acta sunt hec sub Venerabili Dño nostro *Cunrado* Spiren. Episcopo Anno Dñce Incarnacionis MCCXXXV. presentibus *Cunrado* de *Steinabe* Preposito, *Sifrido* Decano, *Diperto* Custode dicte Spiren. Ecclesie, *Ceizolfo*, *Cunrado* & *Cunrado* Sancti *Germani*, Sancti *Guidonis* & Sancte *Trinitatis* Prepo-

positus, & aliis quam pluribus Testibus ad hoc vocatis & rogatis.

Offenbach. Villa Cisrhen. Dit. palat. Spiram inter & Landauiam sita.

CIII.

MONASTERIVM HIRSAVGIENSE VENDIT CAPITVLO SPIREN. XXX. MODIOS TRITICI DE CVRIA SVA IN WEINGARTEN.

Abbas & Conuentus Hirsogien. omnibus Christi fidelibus ad quos presens Litera peruenerit Salutem in eo qui est vera Salus credencium. Cerciora sunt ea que geruntur & minori Calumpnia possunt perturbari si vigorem sumant a Testimonio Literarum, ad uniuersorum igitur tam presencium quam futurorum hanc cedulam intuencium cupimus peruenire noticiam tenore presencium profitentes & protestantes quod Nos pro strictissima Ecclesie nostre Necessitate vendidimus triginta modios tritici ciuilis mensure de curia nostra Wiengarda Capitulo Spiren. pro XXXII. marcis puri Argenti de bona voluntate & permissione venerabilis Dñi nostri C. Spiren. Episcopi Singulis Annis in minus Granarium suum imperpetuum rite presentandos, ut autem hec prenotata vendicio rata sit imperpetuum & a nullo violari possit, presentem Literam in huius Contractus Testimonium nostro & Conuen-

tus Sigillis communiuimus. Datum anno Dñi MCCXXXVI. octavo Jdus Novemb. Jndictione nona.

Wiengarda hod. Weingarten Villa Ditionis Palatinæ Spiram inter & Landauiam.

C. Conradus ex perillustri Prosapia DD. de Than Epus Spiren.

CIV.

CONRADVS EPISCOPVS SPIREN. CONFIRMAT VENDITIONEM XXX. MODIORVM TRITICI A MONASTERIO HIRSAVGIEN. DE CVRIA SVA IN WEINGARTEN CAPITVLO SPIREN. FACTAM.

C. Dei Gracia Spiren. Episcopus vniuersis Christi fidelibus quibus hoc scriptum ostensum fuerit, salutem in eo qui est via & veritas credencium. Cum labilis sit hominum memoria, & mundanis actibus frequenter inuoluta, necesse est nimirum, ut ea que fideliter geruntur & contrahuntur hominum Testimonio, & scriptis autenticis roborentur, ne rabie malignancium & liuore derogancium corrodantur & impugnentur. Singulis ac uniuersis presentibus & futuris ad quos hec Litera peruenerit, constare volumus tenore presencium profitentes & protestantes, quod Abbas & Conuentus Hirsaugen. pro strictissima Ecclesie sue necessitate vendiderunt XXX modios tritici ciuilis mensure de

curia

curia sua *Wingartin* Capitulo Spiren. de bona voluntate nostra & permissione pro XXXII. marcis puri Argenti singulis annis in minus granarium suum rite presentandos, ut autem hec prenotata vendicio rata sit imperpetuum & a nullo violari possit presentem Literam in huiusmodi contractus Testimonium Sigillo nostro communiuimus. Datum Anno Domini MCCXXXVI. VIII. Jdus Nov. Jndictione VIIII.

CV.

MONASTERIVM DIVITIS AVGIAE DONAT CAPITVLO SPIREN. PRAEDIVM SVVM ET JVS PATRONATVS ECCLESIAE IN MECKENHEIM.

C. Dei Gracia Augien. Abbas vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Cum humane condicionis status malorum fraude pocius quam innocentum pietate ducatur, oportet profecto ut eis, que certa lege geruntur, taliter succurratur ut rabie malignancium postmodum concuciantur, presencium igitur tenore singulis ac uniuersis ad quos hec Litera peruenerit constare volumus profitentes & protestantes, quod nos tradidimus in proprium Ecclesie Spiren. predium & jus patronatus Ecclesie in Meckinheim cum omni utilitate sua quocunque nomine censeri poterit, quod a nobis comes de *Zolre* jure

jure feudali hactenus tenuiſſe, & nunc in manus noſtras reſignaſſe dinoſcitur ſine contradictione qualibet & Difficultate perpetuo poſſidendum Priuilegiis ſuper jure predicti predii habitis & habendis renunciantes. Vt autem Eccleſia prefata nullum in hac noſtra Donacione Jmpedimentum ſenciat, aut grauamen preſentem Literam in Teſtimonium conſcriptam ſibi Sigillo noſtro dedimus communitam. Datum Anno Dñce Jncarnat. M°.CCXXXVI. Kalend. junii Jndict. VIIII. Teſtes autem qui huic facto intererant ſunt hii, C.. Decanus, C.. Prepoſitus, *Hugo* Cellarius, C.. Cuſtos. C.. Plebanus Sancti *Johannis*. G.. Canonicus Sancti *Pelagii*, *H*.. Aduocatus *de Vridingen B*.. dapifer de *Craien*, *E*.. Pincerna *de Salwenſtein*, *H*.. miles de *Steeboren*, *A*.. miles de *Reidern*, C.. de *Badewege* & alii quamplures in Domino Amen.

MECKENHEIM Villa cis rhen. Dit. palat.

CVI.

OBLIGATIO CAPITVLI MAJORIS ECCLESIAE WORMATIEN. DE PRAESTANDA CONTRA MONASTERIVM IN SVNSHEIM EVICTIONE RATIONE BONORVM CAPITVLO SPIREN. IN ENSELNHEIM ET LVDELSHEIM VENDITORVM.

Capitulum maioris Eccleſie Wormacien. profitemur preſencium tenore quod ſi Capitulo maioris Eccleſie Spiren. aliqua Lis de bonis in *En-*

ſeln-

ſelnheim & in *Lutelsheim* ab Abbate & Conuentu de *Sunnensheim* *) emerſerit, que Bona ipſi Capitulo unanimiter vendidimus nos medietatem expenſarum & dampni in hac Lite habiti eidem Capitulo refundemus, ſed ſi amicabilis compoſicio inter eundem Abbatem & conventum & prefatum Capitulum intervenerit, nos medietatem Dampni ſi quod ex forma talis compoſicionis eidem Capitulo ſurrexerit reſtituemus, & in teſtimonium huius rei preſentem cedulam Sigillo noſtro eidem Capitulo tradimus communitam. Actum Anno Dñi MCCXXXVII.

*) De monaſterio Sünsheim vide ſubſid. Dipl. Tom. IV. pag. 329.

CVII.

GREGORIVS IX. PP. CONFIRMAT DONATIONEM ECCLESIAE IN BILLIGHEIM A MONASTERIO WEISSENBVRGENSI CAPITVLO SPIREN. FACTAM.

G*regorius* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Decano & Capitulo Eccleſie Spiren. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum, ea propter dilecti in Dño filii noſtris iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes Aſſenſu Eccle-

Ecclesiam de Bvllencheim Spiren. Dioecesis quam dilecti filii Abbas & Conuentus Monasterii de *Wizenburg* ordinis S. *Benedicti* spectantem ad eos bone memorie C. . Episcopi Vestri Diocesani eorum accedente consensu pia & prouida Libertate Spiren. Ecclesie concesserunt, sicut eam iuste ac pacifice possidetis vobis & per nos eidem Ecclesie Spiren. Auctoritate Apostolica confirmamus & presentis scripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere, uel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Viterbii* III. Jdus Aprilis Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Bvllencheim hod. Billigheim Villa cis rhen. Dit. Palat.

C. Conradus de Than Epus Spiren.

CVIII.

GREGORIVS IX. PP. CONFIRMAT DONATIONEM ECCLESIAE IN OFFENBACH A MONASTERIO IN KLINGENMUNSTER CAPITVLO SPIREN. FACTAM.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Decano & Capitulo Ecclesie Spiren. salutem & apostolicam Benedictionem. Cum a

nobis

nobis petitur quod iuſtum eſt, & honeſtum tam Vigor Equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum, ea propter dilecti in Dño filii veſtris juſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu, Eccleſiam de *Offenbach* Spiren. Dioceſis, quam Dilecti filii Abbas & Conuentus Monaſterii de *Clingenmunſter* Ordinis S. *Benedicti*, ſpectantem ad eos bone memorie C. Epiſcopi veſtri Dioceſani eorum accedente conſenſu pia & prouida libertate Spiren. Eccleſie conceſſerunt ſicut eam iuſte & pacifice poſſidetis, vobis & per nos eidem Spiren. Eccleſie auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum *Viterbii* XVII. Kal. Maij Pontificatus noſtri undecimo.

CIX.

CIX.

PRONVNCIATIO SIVE SENTENTIA SVPER ALMENTIS IN KETSCH HVCVSQVE MONASTERIVM MAVLBRVNNEN. INTER ET PINCERNAS DE WELRESAWA CONTROVERSIS PER EPISCOPVM SPIREN. CONRADVM LATA.

C*onradus* Dei Gracia Spiren. Episcopus singulis ac uniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit subscriptis fidem adhibere. Actio similiter & contractus hominum obliuionis nebula & caligine fragilis memorie obfuscantur si non tenacissime commendetur literarum stabilitati, Memorie igitur tam presencium quam subsequencium tenore hoc instillamus, quod litigantibus coram nobis Domino *Syfrido* Abbate Mulbrunnen. cum suo conuentu cistercien. Ordinis nostre Diocesis ex una parte, & *Wernhero* & *Diethrico* pincernis de *Welresawa* ex altera pro jure quod utraque pars sibi afferebat debere cedere in terminis subscriptis videlicet Locis que dicuntur almeine quæ initium habent ab aula *Kech* currentia in assensu per viam que dicitur *Bandeswecg* usque ad limitem que dicitur *Greuenspshad* & usque ad locum qui nuncupatur *Ensidelenbrunnen* & amplius in riuum ville *Hockenheim*, a quo in riuum qui appellatur *Andelache* dictus Abbas & Conuentus cum parte aduersa *W.* & *D.* Pincernis intestium deposicionem quibus notum fuerat de terminis & causa unaniniter conuenerunt, quorum ex relacione dicta almenia sepe-

dicto

dicto Abbati & Conuentui suo coram nobis est adiudicata, & hoc interpositis probis Viris & honestis Literatis & illiteratis huic adiudicacioni subscripte persone perhibent attestacionem, *Conradus* Prepositus maioris Ecclesie Spiren. *Decanus Syfridus* eiusdem Ecclesie, *Ceyzolfus* Prepositus *S. Germani*, *Conradus* Prepositus Sancti *Wydonis* Spiren. *Comes de Lyningen*, Dominus *Otto de Eberstein*, *Otto de Bruchsel*, *Arnoldus de Ageleistenhusen*, *Heinricus de Nyuern*, *Reimboto* Burcgrauius de *Spigelberg*, *Eberhardus Snitelauch*, *Albertus de Lache*, *Bertholdus de Schiuerstatel*, *Bertholdus* de *Metze*, *Heinricus de Lussheim* Mulbrunnen. ut autem presens pagina a nullo valeat violari, ipsam Sigillo nostro & Capituli majoris Ecclesie, nec non majoris Ecclesie eiusdem Sancti *Germani* & Sancti *Wydonis* prepositorum Spiren. Sigillis dicto Abbati & Conuentui Mulbrunn. dedimus roboratam. Actum Anno Domini Millesimo Ducentesimo tricesimo octauo Indictione undecima Mense maio, Pontificatus nostri anno secundo.

CX.

MONASTERIVM LIMBVRGENS. PROFITETVR, QVOD VNIVERSITAS VILLÆ ROETHERSHEIM JVS HABEAT IN SILVA MONASTERII LIGNA SECANDI, ET QVOD EADEM VNIVERSITATIS LIBERA SIT A JVRE QVOD HOFRECHT DICITVR.

Rupertus Dei gracia Abbas totusque Conuentus Monasterii *Limpurgensis* *) Spiren. Diocesis omnibus imperpetuum. Cum intersit seruorum Dei Lites restringere, nos cupientes finem Controversie que dudum exorta est inter uniuersitates Villarum de *Durinckeim* & REDDERSHEIM super Lignorum sectione imponere desideratum, recognoscimus uniuersitati de REDDERSHEIM, quod jus habent & perpetuo habebunt, secandi ligna in silua Monasterii nostri ubi secuerit uniuersitas de *Durinckeim* & a jure, quod vulgariter Houereth dicitur resignato nobis a *Wernhero* Milite de *Durinckeim* in feudo a Monasterio

*) Abbatia Ord. S. Benedicti Fundata a Conrado II. Imp. An. 1030. An. 1065. Ecclesiæ Spirensi applicata ab Henrico IV. Imp. reditus habet annuos: pecuniæ 1448. vini 20. plaustra. siliginis 1715. maltra. hordei 38. maltra. speltæ 382. maltra. avenæ 91. maltra. nucum ½ maltrum. ceræ 16 libras. olei 58. libras. anseres 85. Capones 181. Gallinas 298 An. 1512. Palatinus tanquam Advocatus possessionem sibi vendicavit. An. 1571. Palatinus vivo ultimo Præposito Joanne de Bingesheim Receptorem redditnum constituit. ita MS. de Abbatia Limpurgensi vid. Trithem. Chronic. Hirsaug. T. 1. p. 170. sq. T. 2. p. 511. sq.

ſterio noſtro aliquando per ipſum habito Eccleſiam Spiren. tenore preſencium denunciamus eſſe perpetualiter abſolutam, & ut hec preſenti etati & ſucceſſure liqueant Poſteritati contulimus Capitulo Spiren. has Literas noſtris Sigillis communitas. Actum Anno Dñi MCCXLIII. VIII. Idus Maij.

ROETHERSHEIM. Villa Cisrhen. Rmo Capitulo Spiren. propria.

CXI.

HEINRICVS EPISCOPVS CONSTANTIEN. PROFITETVR, QVOD A MONASTERIO DE SALE L. MARCAS ARGENTI MVTVAS ACCEPERIT.

H.., Dei Gracia Conſtantien. Epiſcopus Reuerendis in Chriſto Prepoſito Decano totique Capitulo majoris Eccleſie in *Spira*, paratum obſequium & oraciones in Domino cum ſalute, quia Reuerendus in Chriſto *Eb.* Abbas & Conuentus Monaſterii de *Sale* Ciſtercien. ordinis noſtre Dioceſis tantam nobis noſtreque Eccleſie rerum ſuarum commoditatem feciſſe hactenus dinoſcuntur, quod nos ipſis in quinquaginta marcis argenti facti ſumus & amplius debitores nos noſtri Capituli accedente conſilio & conſenſu pro ſolucione pecunie memorate ipſis prouentus quarte noſtre in Eccleſia *Eſslingen*, integraliter & libere percipiendos contulimus ad hunc annum tali forma, ut ſi forte quod abſit ante perceptionem dictorum prouentuum decedere nos con-

tingat, ipsi nichilominus eosdem Prouentus sine difficultate vel contradictione qualibet percipere debeant ex condicione, quare uniuersitatem vestram monendam duximus attencius & rogandam quatinus nostre dilectionis & seruitii intuitu totam pecuniam quam racione dicte quarte nobis dare tenemini ad hunc annum prefato Abbati suoque conuentui cum hiis Literis fueritis requisiti conferre dignemini sic liberaliter & benigne quod exinde vobis ad graciarum simus actiones uberrimas obligati, nam dudum eisdem dictam debueramus pecuniam persoluisse, hanc cedulam facta solucione si complacet pro facti huius memoria retinentes Sigilli nostri nostrique Capituli munimine roboratam. Datum *Constan.* Anno Domini MCCXLV. Indictionis tercie nonas January.

CXII.

CONVENTVS DOMINICI SEPVLCHRI EXTRA SVBVRBIVM SPIREN. VENDIT CAPITVLO SPIREN. BONA SVA IN WESTHEIM ET LINGENFELD.

E. . Prior totusque Conuentus *Dominici Sepulchri* apud *Spiram* uniuersis imperpetuum, ne ea que geruntur in tempore obliuionis caligine obfuscentur, notum fieri cupimus singulis ac uniuersis presentis pagine inspectoribus, quod nos unanimi consensu nostro accedente vendidimus libere & absolute Dño *D.* Custodi Spiren. pro certa summa

ma pecunie Bona noſtra in Westheim & in Lengenvelt ſita, que quondam fuerunt relicte *Cunradi Albi* in ſuburbio veteris porte commorantis, ut ipſis cum omni utililitate qua & nos perpetuo fruatur, preſtabimus eciam ipſi coram omnibus & precipue heredibus relicte *C. Albi* prenotati plenam Warandiam, obligantes nos in ſolidum eidem Dño *D.* . dampnum reſarcire, ſi quod occaſione Bonorum eorundem ipſi emerſerit, ut autem prelibate Vendicionis & Emptionis Contractus plenam habeat firmitatem, preſentem Cedulam prenominato Dño *D.* . tradidimus Sigillo noſtro roboratam. Datum Anno Dñi MCCXLVI. quarto Idus Junii.

Westheim & Lingenfeld Villae cisrhen. Dit. Palat. non procul à Spira.

CXIII.

MONASTERIVM SVNSHEIM CVRTEM SVAM IN VICVLO ALTHEIM PROPE OFFENBACH SITAM ADELVOLEO SCHOLASTICO SPIREN. VENDIT.

Heinricus Miſeracione diuina Abbas totusque Conuentus in *Sunſsheim* credere ſubſcriptis. Nouerint omnes preſens ſcriptum intuentes, quod nos magno onere debitorum & creditorum noſtrorum importunitatibus fatigati ac compulſi inopia euidenti maturo prehabito conſilio, unanimiter & concorditer de licencia & conſenſu venerabilis Domini noſtri *Heinrici* electi Spiren. & eiusdem Eccle-

ſie Capituli, vendidimus Domino *Adeluolco* ſcolaſtico Spiren. curtem noſtram in Viculo *Altheim* apud *Offenbach* ſitam pro Centum ac Viginti Marcis puri Argenti cum pratis, jugeribus, cenſibus, vineis, nemoribus, omnibusque juribus & appendiciis ſuis plenam Warandiam quolibet loco & Tempore, ne a quoquam ſuper Poſſeſſione curtis antedicte moleſtetur vel impetatur prelibato Domino *Adeluolco* ſcolaſtico fideliter promittentes & ad reſarciendum dampna quecunque ex litigiis ſuper eisdem Bonis nomine noſtro emerſerint impoſterum nos in ſolidum obligamus profitentes ipſum Dominum *Adeluolcum* ſcholaſticum, prefatam pecunie ſummam, quam pro bonis memoratis accepimus ſecundum formam initi Contractus nobis plenarie perſoluiſſe, ne autem ſuper predicte Vendicionis Contractu aliquis impoſterum valeat vacillare, & ut emptori a nobis uel noſtris ſucceſſoribus nulla poſſit cauillacio ſeu litigium ſuſcitari preſentibus Literis in Teſtimonium evidencius nomina confratrum noſtrorum omnium ſubſcribimus ſigillatim *Conradus* prior, *Waltherus*, *Conradus*, *Bertholdus*, *Rudolffus*, *Hermannus Albero Conradus* Cellerarius, *Lutwinus*, *Heinricus*, *Oswaldus*, *Heinricus*, *Bertholdus*, *Heinricus*, *Lutfridus* presbiteri, *Conradus*, *Marquardus* Diaconi, *Ulricus*, *Beringerus*, *Gotefridus* Subdiaconi. *Eggehardus*, *Hartmannus*, *Ebirhardus*, *Craffto*, pueri qui gratam & ratam habent vendicionem ſupra ſcriptam & preſcriptorum omnium publice profitentur & predictorum Dominorum noſtrorum Venerabilibus Domini electi & Capituli Spirenſis noſtrique Abbatis Sigillis has Literas fecimus ſollempni-

lempniter insigniri. datum anno Dñi MCC. XLVIII. XIX. Kalendas Februarii.

CXIV.

COEMPTIO FORESTI IN KETSCH PER CAPITVLVM SPIREN. CVM CONVENTV IN MAVLBRONN ET DONATIO JVRIVM PATRONATVS ECCLESIÆ IN KETSCH ET CAPELLÆ IN SVPERIORI OEWESHEIM A BERTHOLDO ABBATE ET CONVENTV DICTI MONASTERII CAPITVLO FACTA.

Pateat uniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod ego frater *B*. . dictus Abbas, Ego frater *C*. . Prior, totusque Conuentus Monasterii de *Mulenbrunnen* Cisterciensis Ordinis Spiren. Diocesis, forestum quod dicitur *Ketsbervorst* a Reuerendo Patre nostro Dño *H*. . Spiren. electo, Imperialis Aule Cancellario iusto titulo Emptionis coemimus pro CLX. marcis puri Argenti assensu sui Capituli supra istis expressius accedente, cum igitur Venerabilis *G*, Decanus & Capitulum maioris Ecclesie Spirensis ad idem forestum votis concordibus aspirarent deuotis affectibus cupientes nobiscum eiusdem foresti commoditate gaudere & pondus pecunie nostrarum uirium excederet facultatem, nos grato assensu tocius nostri Conuentus, Decano & Capitulo prelibatis contulimus ipsum forestum recepta ab eis me-

 die-

dietate pecunie pretraxate in ſubſidium Emptionis prediƈte ſtudioſius hoc prouiſo quod nos & idem Capitulum Spiren. ipſum foreſtum de communibus ſumptibus & expenſis atque laboribus excolamus, & fruƈtus ſiue Prouentus exinde procedentes ſingulis annis in perpetuum ſicut utrique parcium complacuit in contraƈtu cum tempus perceptionis aduenerit inter nos & ipſos equis porcionibus diuidamus, preterea jurapatronatuum Eccleſie de *Ketſch* & Capelle de *Owensheim* ad noſtram Donacionem ſpeƈtancia libere & abſolute cum uniuerſitate contulimus Decano & Capitulo prelibatis; in cuius collacionis & contraƈtus euidens Sacramentum Sigilla Reuerendi Patris Domini *H.* . Spiren. eleƈti Imperialis Aule Cancellarii & Capituli maioris Eccleſie Spiren. cum noſtro Sigillo, quo noſtrum Capitulum eſt contentum, preſenti pagine ſunt appenſa. Teſtes huius rei ſunt: *Bertholdus* Prepoſitus, G. . Decanus, maioris Eccleſie Spiren. G. . Sanƈti *Germani* Prepoſitus, Magiſter *A.* . Scolaſticus & Sanƈte *Trinitatis* Prepoſitus, *W. de Stouphe*, *W. de Hornegge*, *E.* . Portarius, *D.* . Cellerarius. Frater *Petrus* & totus Conuentus, & alii quam plures tam Clerici quam Laici. Aƈta ſunt hec apud Sanƈtum *Germanum* extra Muros Ciuitatis Spiren. Anno Domini Incarnacionis MCC. quadrageſimo nono. Kal. februarii.

CXV.

CXV.

ECCLESIA IN KETSCH ET CAPELLA IN SVPERIORI OEWESHEIM TVM SVMMI PONTIFICIS TVM EPISCOPI SPIREN. HEINRICI AVTHORITATE CAPITVLO SPIREN. VNIVNTVR.

H. Dei gracia Episcopus electus Imperialis Aule Cancellarius uniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis Salutem in Domino sempiternam. Literas Dñi Pape recepimus in hec Verba: *Innocencius* Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Electo Spiren. salutem & apostolicam Benedictionem. ex parte dilectorum filiorum Capituli Spirensis nobis fuit humiliter supplicatum, ut prouentus parochialis Ecclesie in *Ketsh* *) & Capelle de *Owensheim*, **) Spiren. Diocesis quarum juspatronatus dilecti filii Abbas & Conuentus Monasterii de *Mulenbrunnen* cistercien. ordinis eiusdem Diocesis prout spectabat, ad ipsos eis pia Liberalitate donarunt conuertere in usus proprios sibi de nostra permissione liceret Vicariis residentibus in eisdem ad ipsarum onera supportanda reseruata de dictis prouentibus congrua porcione, Nos igitur de circumspectione tua plenam in Dño fiduciam obtinentes id

T 5 fa-

*) *Ketsch* villa transrhenana Reverendissimo Capitulo Spir. propria.

**) *Owensheim* hod. *Oberœwesheim* transrhenana villa ad idem Capitulum pertinens.

faciendi ſi expedire uideris Auctoritate preſencium tibi concedimus facultatem non obſtantibus aliquibus Indulgenciis, ſeu Literis a ſede Apoſtolica, uel legatis eius obtentis, ſeu eciam obtinendis, per quas Proceſſus tuus ſuper hec valeat inpediri. Datum *Lugduni* VIII. Kal. Septemb. Pontificatus noſtri Anno VII. Sane conſiderato diligencius & inſpecto ſtatu Spiren. Capituli cognouimus euidenter fratres eiusdem Capituli propter Diſtractionem ſuorum Prouentuum ad tante neceſſitatis incommoda deueniſſe, quod & officio pietatis & ſubſidio ſupra modum indigeant Caritas maxime cum prouentibus Eccleſie de *Ezzelingin* per inimicorum Eccleſie Violenciam occupatis Capitulum idem iam careat in quibus fere tercia pars ſuorum redituum conſiſtebat, nos itaque predictorum fratrum inopiam ſubleuare paterna ſollicitudine cupientes, Prouentus parochialis Eccleſie de *Ketſch* & Capelle de *Ouwensheim* in uſus fratrum Capituli memorati concedimus Auctoritate ſummi Pontificis nobis commiſſa libere conuertendos & conceſſos eadem auctoritate ipſius fratribus in perpetuum confirmamus, ac Sigilli noſtri Teſtimonio communimus, reſeruata tamen Vicariis reſidentibus in eisdem de ipſis Prouentibus congrua porcione, quam cum Archidiacono utriusque Loci alio Loco taxauimus, ſicut in Inſtrumento, quod ſuper hoc ſpecialiter conſcribi fecimus euidenter apparet. Datum apud *Keſtenburg* Anno Dñi M.° CC.° L.° VII. Kalend. Auguſti.

CXVI.

CXVI.

OBLIGATIO PRÆDIORVM IN GENHEIM ET FISCHLINGEN PER ABBATEM ET CONVENTVM MONASTERII SVNSHEIMEN. ERGA CAPITVLVM SPIRENSE.

Heinricus diuina miſeracione Abbas totusque Conuentus in *Sunnenſcheim* uniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Dño ſempiternam. Cum nos olim graui debitorum onere pregrauati predium in Geigenheim noſtro monaſterio attinens cum ſuis pertinentijs *Gotfrido* dicto *Bruzoni* ciui Spiren. pro ſeptuaginta Libris hallen. obligauerimus Dñus *Adelvolcus* ſcolaſticus & *Eberoldus* portarius maioris Eccleſie Spiren. conſiderantes nos adeo in rebus tenues quod ad redemptionem eiusdem predii proprie non ſuppeterent facultates ob remedium & ſalutem animarum ſuarum idem predium adicto G. . nomine Capituli Spiren. pro memoratis LXX Libris hallen. redimerint ſub hac forma, quod ipſi nomine Capituli dictum predium in ſua habeant poteſtate omnibus Vſufructibus ſuis ſicut & nos eum olim ipſum poſſidebamus vtentes cum omni jure & qua conuenit integritate & prebendario *Sifridi* olim Decani Spiren. felicis recordacionis prebendam ſuam videlicet LX. modios ſiliginis tamdiu amminiſtrent quousq; predictus G. . qui predium in Viscelingen ad Dies vite ſue debet habere cum omni uſufructu diem clauſerit extremum, quo defuncto predium memoratum in *Geinheim* ſine refuſione alicuius pecunie ad nos reuertetur liberum & ab-

abſolutum, quia prelibati LX. modij & tunc de predio in *Viſchelingen* ſingulis annis perſolui debent a quocunque eiusdem predii poſſeſſore, ut hec firma & inconuulſa permaneant in Teſtimonium euidencius preſens Scriptum Venerabilis Dñi ac Patris noſtri *H.* . Spiren. electi, & noſtro Sigillo petiuimus ſollempniter inſigniri. Acta ſunt hec preſentibus *Hertuido* Decano & Magiſtro *Heinrico* de *Nicaſteln* Sancti *Germani* Canoa Spiren. *Gotzbone* de *Haſelach*, *Merzbone Sigillone pullo* Ciuibus Spiren. & aliis tam Clericis quam laicis. Anno Dñi Milleſimo CC° LI.° VI° Idus Decembris.

GEIGENHEIM hod. Genheim Villa cisrhenana dit. Palat.

VISCELINGEN i. e. Fiſchlingen Villa cisrhen. ejusd. Dit.

CXVII.

MONASTERIVM ODENHEIMENSE VENDIT PRÆDIVM SVVM IN FISCHLINGEN CAPITVLO SPIRENSI.

Heinricus humilis Abbas totusque Conuentus in *Otdenheim* uniuerſis tam preſentibus quam futuris quibus preſentes exhibite fuerint uel oſtenſe credere ſubnotatis, habentes predium in Viſcelingen, in quo *Gotfridus* dictus *Bruzbo* ciuis Spiren. jus liberum vtendi, fruendi ad Dies vite ſue a nobis tenuit in uniuerſum, de quo eciam predio Capitulo Spiren. ad ſoluendum ſexaginta modios ſiliginis

ginis annuatim fuimus obligati, Nos prelatis & Capitulis Spiren. Monasterii nostri euidentissima & instantissima exposita Necessitate de consilio eorundem idem predium in *Visceelingen*, sic oneratum nostrisque usibus preclusum cum vniuersis appendiciis suis pro centum sexaginta marcis puri argenti Capitulo Spiren. in totum vendidimus, & in manus eiusdem Capituli idem predium cum appendiciis vniuersis libere dedimus & absolute, pecuniam proinde receptam de Consilio Prelatorum & Capitulorum predictorum in usus Monasterii nostri magis vtiles conuertentes, in hac autem nostra vendicione prouide & de Consilio maturo vtiliter per nos facta, ne Capitulum Spiren. a quoquam inposterum valeat inpugnari presentem Literam Sigillis Venerabilis Patris nostri *Heinrici* Spiren. electi, nostro Abbatis & Conuentus de *Otdenheim*, Sancti *Germani*, Sancti *Widonis*, Sancte *Trinitatis* capitulorum Spiren. eidem Capitulo Spiren. Dedimus communitam. Actum Anno Domini MCCLI. VI. Idus Decembris, Ego *Albertus* Prior in *Otdenheim* subscribo rogatus eciam ab vniuerso conuentu dicti Monasterii, nomine *Heinrici* plebani subscribo. *Conradi de Rucsingen*, *Beringeri*, *Bertolfi Bertholdi* presbyterorum, *Ottonis*, *Bertoldi*, *Burchardi*, *Marquardi*, *Craftonis*, *Rembodonis* Diaconorum, *Wernheri* subdiaconi qui consensum adhibent & ratum habent prout est prelibatum.

De monasterio Odenheim vide subsid. Dipl. Tom. IV. pag. 331.

CXVIII.

CXVIII.

ABBATISSA ET CONVENTVS IN SYON BONA SVA IN FROEMERSHEIM PORTENARIO ECCLESIÆ SPIREN. TRADVNT.

Viro diſcreto & in Chriſto dilecto portenario majoris Eccleſiæ Spiren. Abbatiſſa & Conventus in *Syon* *) ſalutem in filio Dei. Bona noſtra in *Frymersheim*, que nobis Domna *Agnes de Dydensheim* & Mater eius contulerunt eidem *Agneti* & filio eius *Heinrico* contulimus, & vobis ea reſignamus, rogamus eciam ut eos cum bonis eisdem hereditetis. Datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo LII. Menſe Octob.

*) De monaſterio Sion ita MS. Sion aut Seyl vulgo dictum Virginum monaſterium prius Ordinis S. Benedicti poſtea in ordinem Ciſtercienſem mutatum in Præfectura Alzeana Ditionis Palatinæ Diœceſeos Moguntinæ reditus habet: pecuniæ 387. fl. vini 6. plauſtra. ſiliginis 811 maltra. hordei 5 maltra. ſpeltæ 76 maltra. avenæ 237 maltra. piſorum 3½ maltra. lentium 3½ maltra. anſeres 8. capones 54. gallinas 36. ova 500. gallos pullos 5. porcellos 2. vervecem 1. agnum 1. ceræ 3 libras. olei 27 libras. occupatum hoc monaſterium anno 1566. de Gudenus Tom. IV. pag. 931. recenſet Abbatiſſam Gertrudem an. 1277.

CXIX.

MONASTERIVM IN SVNSHEIM VENDIT CAPITVLO SPIREN. PRÆDIA SVA IN GENHEIM ET FISCHLINGEN.

Heinricus diuina miseracione Abbas totusque Conuentus Ecclesie in *Sünnenscheim* omnibus Christi fidelibus salutem in omnium saluatore. Cum nos graui onere debitorum pregauati usuris & dampnis cottidie accrescentibus de mobilibus nostris debitoribus satisfacere non possemus, ingruente necessitate predium nostrum in *Geinheim* quod venerabiles Dñi *A.* . scolasticus & *C.* . portarius Spiren. a *Gotfrido dicto Bruzone* Ciui Spiren. olim LXX. Libris hallen. redemerunt inde amministraturi prebendario Sifridi olim . . Decani Spiren. felicis recordacionis prebendam suam videlicet LX. modios siliginis annuatim, quodque predium in *Vischelingen*, ex morte prefati G. ciuis in usus Spiren. Ecclesie totaliter conuertatur cum jurepatronatus ac uniuersitate Capitulo maioris Ecclesie Spiren. cum omni jure quo ipsum ad nos spectabat libere & absolute jure proprietario vendidimus LX. marcis puri argenti in perpetuum possidendum, omne jus quod nobis competebat de eodem predio in ipsum Capitulum transferentes, & plenam Warandiam ubiq; locorum prestabimus eidem, quociescunq; a nobis fuerit requisitum, ne igitur prelibatum Capitulum super huius vendicionis Contractu ab aliquo in posterum valeat calumpniari; presens scriptum in Testimonium euidencius Capitulo contulimus sepefato Sigil-

gillo venerabilis Dñi ac Patris noſtri *H.* . Spiren. electi, cuius conſenſus huic vendicioni acceſſit, ac noſtri *H.* . Abbatis Sigillo quo nos conuentus uti conſueuimus ſollempniter inſignitum. Actum anno Dñi MCCLIII.° tertio Idus februarii.

CXX.

WILHELMVS ROMAN. REX RECOGNOSCIT, QVOD JVS ADVOCATIÆ MONASTERII MAVLBRONNENSIS AD EPISCOPVM SPIREN. PERTINEAT.

W*ilhelmus* Dei gracia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus uniuerſis Sacri Imperii fidelibus preſentes Literas inſpecturis Graciam ſuam & omne Bonum, cum ſicut ex Literis Capitulorum Eccleſiarum Spiren. intelleximus, *Mulburnenſe* Monaſterium per Spiren. Eccleſiam ſit fundatum, & ad ipſius Spiren. Eccleſie Epiſcopum pertineat memorato Mulenburnenſi Monaſterio de Aduocato quo voluerit prouidere; Nos nolentes dicte Spiren. Eccleſie jura ſua in aliquo minuere, ſed augere, uniuerſitati veſtre volumus eſſe notum, quod nos non obſtantibus aliquibus Literis a nobis per Abbatem & Conuentum Mulenburnen. veritate tacita impetratis, quod Aduocatum poſſint eligere ſi quem volunt, antedicte Spiren. Eccleſie jus quod ad dictum Monaſterium habuit ab antiquo auctoritate regia confirmantes, quicquid contra dictam Spiren. Eccleſiam fecimus ignoranter tenore preſencium

re-

reuocamus. Datum *Bopardie* X. Kal. Aprilis, Indictione XIII. Anno Dñi MCCL. quinto.

CXXI.

ABBAS ET CONVENTVS MONASTERII MAVLBRONNEN. PROFITENTVR, SE SINGVLIS ANNIS TENERI CAPITVLO SPIREN. PRÆSENTARE CENTVM MALTERA SILIGINIS DE FORESTO ET PARTE DECIMARVM IN KETSCH.

Uniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes Literas inspecturis. Frater G. .. dictus Abbas totusque Conuentus Monasterii de *Mulenbrunnen* oracionum suffragia deuotarum & fidem presentibus adhibere uniuersitati vestre tenore presencium declaramus, quod Venerabilis *Wernherus* Decanus totumque Capitulum maioris Ecclesie Spirensis forestum vulgariter nuncupatum *Ketschervorst* quod cum ipsis commune habuimus, & partem Decime Ketsch ipsis racione Ecclesie competentem, nobis sub annuo tali censu perpetuo contulerunt ad excolendum, locandum, disponendum & usumfructuarie percipiendum videlicet quod nos eisdem annis singulis centum maltra siliginis talis mensure que vulgariter appellatur Speicher mez in festo Sancti *martini* sub nostro Dampno & periculo presentare perpetuo teneamur Spire in granarium eorundem; in cuius rei Testimonium & plenitudinem firmamenti Sigillum nostrum presentibus

eſt appenſum. Datum *Spire* Anno Dñi M° CC° L° quinto. feria quarta intra octauam Pentecoſtes.

CXXII.

TESTIMONIVM ABBATIS CLINGEN MONASTERII SVPER CENSV DIMIDII CENTENARII OLEI SINGVLIS ANNIS AD LVMEN ANTE IMAGINEM B. M. V. IN GRADIBVS SVMMÆ ÆDIS POSITAM PERPETVO ARDENS PRÆSTANDO.

H. . Dei gracia Abbas *Clingenſis* Monaſterii ad Noticiam uniuerſorum Chriſti fidelium cupimus peruenire, preſencium Atteſtacione publice profitentes, quod *Fridericus Meiſb* dictus ciuis Spiren. comparauit iuſte & racionabiliter ſaluo jure noſtre Eccleſie ab *Heidolfo de Munſtere* qui fraternitatem habet apud nos Eccleſie Spiren. dimidium centenarium olei Spiren. menſure, ob Deuocionem beate *Marie* Virginis & honorem ſingulis Annis usq; ad feſtum beati *Martini*, expenſis & periculo ſuo, & in vaſis ſuis Spiren. Capitulo ad perpetuum Lumen, quod ardebit ante Archam ſupra quam ſita eſt Ymago beate Virginis, inferius in Monaſterio perhenniter preſentandum. hunc igitur centenarium dimidium ut ſupra dictum eſt dabit de Curia ſua, idem *H.* . & Capitulum habebit reſpectum ad eandem Curiam apud nos ſitam pro eiusdem dimidii Centenarii ſolucione & quocunque Anno prefatus *H.* . neglexerit penſionem Olei debitam Capi-

tulo.

tulo presentare iuxta formam prescriptam, ipse subibit penam & tollerabit, quam solent subire qui ab aliis consueuerunt jus hereditarium possidere, hoc eciam adiectum est, quod post mortem prelibati *H.* . tantummodo unus heredum suorum ei succedat in curia prenotata ita quod ipsa indiuisa omnimodo permanebit & omnes heredes quicunque successiue succedent eidem, ad pensionem prenotatam erunt supradicto Capitulo imperpetuum obligati iuxta formam supra expressam, ad hoc itaque accessit assensus Vxoris predicti *H.* . & Liberorum suorum qui receperunt ab ipso *F.* . eandem curiam jure hereditario possidendam, quod ius idem *F.* . Spiren. Ecclesie recognoscit & eandem curiam vult perpetuo esse ipsi Ecclesie obligatam. Testes huius rei sunt *Cunradus* Scultetus coram quo eciam hec omnia acta sunt, & *Cunradus* frater suus, *Wilhelmus de Steinwilre* & *Cunradus de Clingen* Milites, *Alradus* Scultetus de *Kirwilre*, *Heinricus* dictus *Phaphe*, *Heinricus* de *Kateme*, *Leo* filius *Heselini*, & preco *de Munstere*, & iurati Ville, in cuius rei Testimonium presens Scriptum conscribi fecimus Sigilli nostri munimine roboratum. Actum Anno Domini M.° CC.° LVI° quarto Idus februarii.

CXXIII.

RECOGNITIO DOMVS HOSPITALIS IN HEIMBACH DE VARIIS CENSIBVS CAPITVLO SPIREN. ANNVE SOLVENDIS.

Prouisor & Fratres Domus Hospitalis Sancti *Johannis* in *Heinbach* pro bonis uniuersis & Juribus & eorum attinenciis jurepatronatus exempto, quod habet Ecclesia Spiren. in Villa Ceizenkeim nobis ad firmam concessis tenetur Domus nostra; Prouisor & Fratres, qui pro tempore fuerint in eadem, Ecclesie Spiren. annuatim soluere nomine pensionis XXX. modios siliginis urbane mensure in festo Natiuitatis Sancte *Marie*, centum modios auene. tres libras denariorum Spiren. monete, in festo *Martini*, dimidiam carratam Vini in festo *Galli* sub expensis & periculo nostro in granario & cellario ipsorum & ipsorum qui tunc fuerit officiato; que pensio si in Terminis constitutis & post quindenam ultra Terminum non fuerit persoluta, Domus nostra & Fratres ad duplum tenebitur obligata. de hoc itaque Literas presentes sub Sigillis summi Magistri nostri & Generalis per Alemaniam, & Domus nostre Ecclesie Spiren. dedimus conseruandas. Datum & Actum *Spire* Anno Dñi Millesimo CC.° L.° VII°. Kalendas Marcij.

Ceizenkeim. hod. Zeiskam. villa cisrhen. Landauiam inter & Spiram sita Dit. palat.

CXXIV.

CONCAMBIVM CAPITVLVM SPIREN. INTER ET FRATRES MINORES SVPER CVRIA FRONHOF DICTA.

Uniuerſis Chriſti fidelibus preſentem Literam inſpecturis, judices, Conſules & uniuerſi Ciues Spiren. rei geſte noticiam adhibere, tenore preſencium publice profitemur dilucide proteſtantes quod cum Dñi noſtri prelati & Capitulum maioris Eccleſie Spiren. communicato fratrum conſilio cum fratribus minoribus in Ciuitate noſtra reſidentibus huiusmodi concambium inijſſent quod videlicet dicti fratres minores Curiam ipſis contiguam Vronhof vulgariter appellatam, que dicto Capitulo hactenus attinebat proprietatis titulo perpetuo debeant poſſidere, iidem prelati & Capitulum econuerſo curiam quondam *Heinrici* dicti *Bremo* cum omni jure ciuili & Libertate, qua Curiam ſuam iam dictis fratribus aſſignatam dinoſcuntur hactenus poſſediſſe, poſſideant in omne tempus reliquum liberaliter & quiete recognoſcentes eadem Curia Dñis noſtris prelatis & Capitulo a ſepedictis fratribus minoribus iam nouiter aſſignata quod & eciam Vronhof proprio nomine debeat appellari, dantes ſuper eo dictis Dñis noſtris & Prelatis & Capitulo preſentem Literam Sigillo Ciuitatis noſtre munitam, cum nominibus teſtium ſubſcriptorum. *Gotſcalci Schephekini*, *Sygolonis pulli* ciuium Magiſtrorum, *Heinrici Anderecke*, *Reſchelini Gozonis*, *Heinrici* Fratris ſui, *Merkelini Lamoesbuch Hartmudi*, *Volzonis* fratris

 ſui,

ſui, *Bermanni*, *Gozzonis* de *Haſelach*, *Gotſchalci* ſenioris, *frederici Ibeſchonis*, *Buſchelini*, *Rudengeri*, & quam plurium aliorum. Datum Anno Domini MCCLX. primo. Menſe Maio.

CXXV.

TRANSLATIO CLAVSTRI MONIALIVM ORDINIS CISTERCIEN. DE PONTE SALVTIS VVLGO HEILSBRVCK AD VILLAM VAZZENHOVEN.

H*einricus* Dei gracia Spirenſis Epiſcopus Imperialis Aule Cancellarius Uniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentis quam futuri temporis. ad quorum noticiam preſens Scriptum peruenerit Salutem in eo qui eſt omnium vera Salus. Paſtoralis officii Diligencia & ſuſcepti cura regiminis nos inducit, ut ea que religionis & religioſarum Perſonarum ſtabilitate conſeruanda prouida Deliberacione fuerint ordinata illa cauta ſollicitudine confouere & tante Maturitatis Prouidencia debeamus ſalubriter inſtaurare ut & ipſarum quieti commode ſit prouiſum & peruerſorum calumpnioſis Machinacionibus utiliter obuiatum. Sane cupientes ex hoc uniuerſorum Noticie declarari qualiter dilecte nobis in Chriſto *Kunegundis* Abbatiſſa & Conuentus monialium de *Ponte Salutis* Ciſtercienſ. Ordin. Spiren. Dioceſis, dum circa originem ſue Plantacionis ſe cum paucis Perſonis in loco PLAVDINOSO collocaſſent proceſſu temporis cum perſonarum multitudo

&

PALVDOSO vel PALVDINOSO.

& Copia facultatum disponente Domino succreuisset ibidem circa conuictum tamen earundem cottidianum varias incommoditates & horrores plurimos sustinere ceperunt propter nimiam Aeris Intemperiem & Vermes Veneficos qui in talibus Plaudibus reptant frequencius & sordescunt, & quod pluris est ex feda & continua Loci Humectacione que quanquam propter Alluuionem, quanquam propter pluuialem Inundanciam sepe & multum inquietabat easdem, insuper Defectus aque uiuentis seu fontis recentis supra modum Personas ibidem tam egrotas quam sanas indesinenter angebat, unde Membra Personarum ibi degencium lanquere ceperunt, & cottidianis febribus estuate, sicque tantus & tam frequens Dolorum Cruciatus cepit in Personis ac Ministris earum seuire quod Domino non valebant in obsequio cottidiano secundum Voti sui Propositum & ordinis obseruanciam plena mentis alacritate seruire. Sed & aliud propter multiplicacionem personarum euenit ibidem in Arbutis, in fructectis, in Virgultis & siluis ceduis ubi quanquam Lignorum Copia sub bono Compendio consueuit earum usibus prouenire, postmodum ob nimiam secandi frequenciam sic exterminate sunt & eciam radicitus euulse, quod longe de Monasterio ipsarum sub graui Dispendio earundem Ligna ipsis oportuit comparari. Quibus de Causis ceterisque Defectibus & Incommoditatibus quas iam dudum perpesse sunt diligenter consideratis ad Locum salubriorem aere & fecundiorem germine diuersarum rerum que cottidianis earum Usibus oportune seu necessarie videbantur se transferre disposuerunt, &

 sic

fic in Villa que dicitur *Vazzenhouen* quam nunc inhabitant se de nostro Consensu & Consilio collocabant. huius itaque rei gracia Contractum Emptionis inierunt cum *Burchardo* Milite dicto de *Breitenstein*, qui Dominium tenebat in Villa predicta & Villa contigua que dicitur *Etenkoben*, ita quod quicquid juris in Aduocacia seu in Decimacionibus, in agris, in pratis, in pascuis, in Molendinis & molis in uijs & inuijs, in aquis aquarumue decursibus, in fundis & Jure patronatus annexo in mancipiis in edibus & edificiis & aliis in quibus usum aut usufructuum, proprietatem, possessionem uel Dominium quocunque modo tenebat, uel ad ipsum pertinere constabat, predictus *Burchardus* distraxit & vendidit prelibatis Abbatisse & Conventui de ponte salutis & earum sequacibus perpetuo libere possidenda pro trecentis marcis puri argenti sub forma, sub Distinctione seu circumscriptione inferius adnotata. primo quidem terras & Vineas prata & alia, que proprietatis titulo aut jure hereditario possederat. cetera vero que fuerunt feodalia utpote jus Aduocacie, Item fundos ac Decimaciones cum jure patronatus annexo quorum quedam immediate tenebat a nobis, quedam mediate videlicet a Fratre nostro Comite *Emeebone* & idem Comes a nobis & talia quidem que ab ipso tenebat in manu ipsius comitis resignata & per consequens ad nos ex resignacione dicti Comitis reuoluta nec non & ea que ex inmediata resignacione ipsius *Burchardi* ad nos fuere translata cum omni jure, utilitate & Libertate qua ad nos & Spiren.

Eç-

Ecclesiam pertinebat donauimus & ob remedium perpetuum anime nostre, fratrisque nostri Comitis *Emechonis*, Parentumque nostrorum, Capituli nostri Spirensis accedente consensu liberaliter tradidimus beate Marie semper Virgini, cuius patrocinio Monasterium ipsum de *Ponte Salutis* noscitur dedicatum nec non prelibatis Abbatisse & Conuentui earumque sequacibus Domino in ipsa Congregacione famulantibus perpetuo possidenda. Verum cum predictus *Burchardus* adhuc erga nos remanserit homagio fidelitatis astrictus centum marcas de pecunia pretraxata redegit in Emptionem quarundam Possessionum secundum quod duximus acceptandas, ac easdem liberas & solutas nobis assignatas in recompensam memorate vendicionis titulo feodali recepit, cuius feodi racione nobis tam ipse quam sui heredes perpetuum fidelitatis homagium recognoscent. Preterea sciendum & sine obliuionis caligine retinendum quod Conradus & *Heinricus de Hohenberc* priuigni sui, & *Fridericus de Winestein* maritus priuigne ipsius *Burchardi*, quibus dicta feoda que a nobis tenuerat de Consensu nostro deputauerat a nobis pro feodo possidenda libere resignauerunt, & omni juri taliter acquisito renunciauerunt omnino eo tamen nobis saluo quod fidelitatis Homagio tenebuntur pro illo feodo nouo iam superius expresso, quod *Burchardus de Breitenstein* in recompensam comparauit. Insuper hoc constare uoluimus quod *Heinricus* Miles de *Rupretsberc* terciam partem Decimacionum in predictis Villis *Vazzenhoven* & *Etenkoben* cum eo jure patronatus annexo quod eidem competere uidebatur, per prefatas Ab-

batiſſam & conuentum redemptam ab ipſo predicto fratri noſtro a quo tenebat in feodo reſignauit, & ſic demum ex reſignacione Comitis eandem partem ad nos deuolutam, ac cum ſuo toto reintegratam de Capituli noſtri Conſenſu, libera Donacione pro noſtre ſalutis Augmento transtulimus in Monaſterium memoratum predictarum Abbatiſſe & Conuentus ibidem Deo famulancium perpetuis uſibus profuturam. Ceterum noſſe volumus ſingulos & uniuerſos, quod ea que premiſſa ſunt indulſimus, & conceſſimus ſalua in omnibus & per omnia ipſius Conuentus & ordinis Libertate quod nulla poteſtas, nullus Iudex, nullaue ſecularis aut Eccleſiaſtica perſona quicquam poteſtatis aut juris in predicto Loco & prenominatis Villis *Vazzenbouen* & *Etenkoben*, aut perſonis ibi degentibus ſibi audeat vendicare, ſed ad nos ſolummodo noſtroſque ſucceſſores Spiren. Epiſcopos in Recognicionem tanti honoris & tantorum Beneficiorum a nobis & Eccleſia Spirenſi collatorum, reſpectum habebunt in cunctis Neceſſitatibus ſuis & preſſuris, utpote patronos adoptiuos defenſores ydoneos ac protectores propicios, ſiquid difficultatis aut queſtionis ingruerit cum ſumma deuocione requirent, quam eidem Loco ad impendendum Conſilium & Juuamen in omnibus oportunum teneri uolumus, ut que pio ſunt per nos inchoata principio, per nos & Eccleſiam Spirenſem ſemper feliciter & prouide gubernentur, ut ſic quiecius & ſecurius Domino valeant in Tranquilitate ſpeciali famulari, ſalua quod nobis ſit Juſticia de parochiali Eccleſia ibidem ſita debita & omnibus que tanquam Loci Dyoceſano debentur. Hec eciam pre-

premiſſis addendum eſſe cenſuimus, quod licet omnia prememorata de quibus dictus *B.* . infeodatus fuerat a nobis libera Donacione transtulerimus in Monaſterium ſepedictum, in jure tamen Aduocacie hoc ſpecialiter exceptum nobis noſtrisque ſucceſſoribus reſeruamus videlicet quod Aduocatus qui de manifeſtis ſceleribus iudicet & inquirat ulciſcatur & puniat, per Epiſcopum Spirenſem qui pro tempore fuerit predictis Villis & Villanis preficiatur, eo tamen moderamine ſaluo, quod circa familiam ipſius Monaſterii ſiquis Exceſſus de ipſa forte repertus fuerit, ad Abbatiſſam Loci reſpectus habeatur, niſi forſan adeo fuerit enormis quod ſine ſcandalo preteriri non poſſit, ſuper quo tamen recurſus ad Epiſcopum habeatur, nec ulli Epiſcoporum ſit facultas jam dictum jus Aduocacie per modum alienacionis uel infeodacionis aut alicuius conceſſionis ad aliam perſonam ullo umquam tempore transferendi, ſcultetum vero Abbatiſſa Loci preficiat quociens Neceſſitas exegerit & ſicut nouerit expedire, qui cenſus & tributa que vulgo Stura vocatur & alia Monaſterii debita recolligat & aſſignet Monaſterio memorato, & alia ad idem officium pertinencia exequatur; nec huiusmodi occaſione uolumus aliquod Preiudicium Monaſterio generari, quin eis ſaluum eſſe debeat & ſine contradictionis obſtaculo retinendum, ſiquid per quaſcunque perſonas aut undecunque titulo Donacionis aut Emptionis aut ex Teſtamento, uel ex Legato deputatum fuerit aut collatum uolentes hec a nobis noſtrisque Succeſſoribus perpetuis Temporibus inuiolabiliter obſer-

obseruari, Verum quia preteritorum cauta preuisio salubre consilium prebet sepius in futuris, nos eatenus nobis & Ecclesie nostre precauere uolentes in hoc scilicet si forte persone de predicto conuentu rursum procedente tempore deliberarent se ad alium Locum transferre, & Loca uel Bona que hic ceperant occupare vendere vellent uel pro aliis permutare, statuimus & ordinamus, quod nullam de hoc habeant facultatem immo expresse sciant eis omne genus alienacionis esse prohibitum, nisi per nos nostrosque successores fauorem & consensum prius requisitum valeant obtinere, adicientes si secus presumptum fuerit quod omne jus eis in predictis Bonis acquisitum, uel imposterum ibidem comparatum modo qualibet aut collatum ad Spiren. Ecclesiam deuoluatur hec itaque que premissa sunt ordinata & consumata sunt temporibus viri venerabilis & Deo deuoti *Stephani* Abbatis *Vterine Vallis*, qui tunc Auctoritate Domini Abbatis Cistercien. dicto Monasterio de *Ponte Salutis* prefuit, & huiusmodi translacioni opem & operam adhibuit efficacem. In horum igitur omnium pleniorem Evidenciam presentem cartam sigilli nostri & Capituli Spiren., & predicti Abbatis *Vterine Vallis* fecimus communiri. Nos eciam Abbatissa & Conuentus dicti Loci de *Ponte Salutis* ad conditiones superius adnotatas obligari volumus per presentes in evidens robur ipsarum sigillum nostrum apponi facientes eisdem. Acta sunt hec *Spire* in palacio nostro, anno Domini M.CCLX. secundo. in Die Invencionis Sancte

cte *Crucis*. presentibus *Wernhero* de Hornecke Preposito maiore, *Adeluolco* Decano, *Ottone* Preposito Sancti *Widonis*, *Alberto de Musbach* Canonico maioris Ecclesie; *Johanne de Vranckenstein* Archidiacono Argentinen. Magistro *Heinrico de Nucastel* Canonico Sancti *Germani*, *Rudolfo*, *Hugone*, *Erphone* Canonicis Sancti *Widonis*, *Eberhardo* Canonico Sancte *Trinitatis Eberhardo* Notario & ceteris quam pluribus.

CXXVI.

MONIALES IN STEINHEIM PROFITENTVR SE EPISCOPO SPIRENSI ESSE SVBJECTAS.

Omnibus ad quos presentes Litere peruenerint. *Sabina* Priorissa & Conuentus Sancte Marie in *Steinheim* Ordinis Sancti Augustini Statuta ordinis fratrum predicatorum seruantes Spiren. Diocesis salutem in Dño & brauium attingere salutis eterne. Nouella nostra plantacio que auctore Dño prout de ipsius Misericordia speramus salubre tam in spiritualibus quam in temporalibus accipiet incrementum, ex eo precipue quod concors nostra Jntencio & Voluntas nostrum omnium in hoc residet, licet ex indulgencia ordini nostro a sede apostolica concessa subterfugere libere & licite possemus, quod nulli oneri esse volumus, nec alicui in suo deesse jure, sed omnibus quibus tenemur

ex

ex debito Reuerenciam exhibere, seruitium impendere & honorem, cum igitur Ecclesia nostra, Ecclesiam occupauerit in Steinheim parochialem, que Ecclesie Spiren. subest immediate & per nostrum Conuentum eidem Ecclesie Kathedrali jus suum non debeat minui sed augeri, Nos & nostras sequaces per cuncta secula legaliter obligamus per presentes quod sponte volumus teneri, Venerabili in Christo Patri ac Dño nostro *Heinrico* Spiren. Episcopo, & Dño *Otoni* Ecclesie Sancti *Widonis* Preposito nostre Ecclesie, archidiacono & eorum successoribus ad omnia tam in procuracionibus quorumcunque, quam subuencionibus & aliis seruitiis que Ecclesie non exempte Ciuitatis & Diocesis Spirensis, de consuetudine uel de jure tenentur; in cuius Obligationis certam Euidenciam robur & memoriam sigillum nostrum presentibus Literis est appensum. Datum Anno Dñi MCCLXII, in Die Sanctorum Martirum *Primi* & *feliciani*.

CXXVII.

REVERSALES PRIORIS ET FRATRVM ORDINIS PRAEDICATORVM SPIREN. ERGA EPISCOPVM ET CLERVM IBIDEM SVPER DIVERSIS.

Nos Prior & Fratres Ordinis Predicatorum in *Spira* omnibus presentem Literam inspecturis oraciones in Domino Jesu Christo. Cum aliquid

quid queſtionis inter venerabilem Patrem & Dnũm *H.* . Epiſcopum, Capitulum & clerum Spirenſem ex una parte, & nos ex altera de noſtro introitu ortum eſſet, tandem per venerabilem Patrem & Dnũm *Albertum* quondam Epiſcopum Ratisponen. & honorabiles Viros . . Prepoſitum maiorem, . . Cantorem, & Magiſtrum *Ditherum*, cellerarium eiusdem Eccleſie conuentum eſt in hanc formam, quod nos prior & conuentus accedente conſenſu prioris noſtri prouincialis obligamus nos ad cenſum X. Librarum hallen. annuatim de areis habitis & habendis in recompenſacionem iurium predictorum Dñi Epiſcopi & Clericorum, ſi hoc ex preſencia noſtra ledi in aliquo uideretur. Ab hoc tamen cenſu liberi erimus ſoluta a nobis tanta pecunia, quanta tot cenſus infra muros Spiren. poterunt comparari. Item ad ſepulturam nullum recipiemus, niſi qui non inductus uel illectus, ſed ex Deuocione propria apud nos elegerit ſepulturam, in quo eciam caſu funus ad Eccleſiam ſacerdotis a quo accepit Eccleſiaſtica ſacramenta ad celebrandum ibi Miſſam deferetur, niſi cum eodem ordinatum fuerit quod ad Eccleſiam Fratrum immediate deferatur, Nomine autem canonice porcionis de mortuarijs ſoluemus terciam partem non obſtantibus Priuilegiis ſiue indulgenciis nobis a ſede apoſtolica conceſſis, quando eciam nos contingit vocari ad infirmos gracia ultime voluntatis ordinande procurabimus bona fide vocari ſacerdotem ſi commode haberi poterit qui miniſtrauit eisdem uel miniſtraturus eſt Eccleſiaſtica Sacramenta, qui,

ſi

ſi haberi non poterit, fideliter inducemus eos, ut aliquam partem ad ſacratecta majoris Eccleſie & aliarum Eccleſiarum relinquant, populum non abſtrahemus tempore Proceſſionis Eccleſiarum conuentualium in ſollempnitatibus precipuis per predicaciones uel ſtaciones, niſi in eisdem Locis predicemus, & de illorum quorum eſt ſollempnitas voluntate; in obſeruandis eciam ſentenciis interdictorum confirmabimus nos communi clericorum ſaluis tamen priuilegiis ordinis noſtri omnem reuerenciam & obedienciam ſemper exhibebimus Dño Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis & toti clero de prelibatis quoque cenſibus mediam partem in Purificacione beate virginis perſoluemus, reliquam in aſſumptione eiusdem virginis glorioſe. Ne autem de preſcriptis ulla in poſterum ualeat ſuboriri calumpnia preſens ſcriptum ſigillis venerabilium Patrum ac Dñorum Epiſcopi Spiren. fratris *Alberti* quondam Epiſcopi Ratisponen. Capituli Matricis Eccleſie Spiren. Prioris noſtri Prouincialis & noſtro duximus roborandum. Acta ſunt hec anno Dñi MCCLXVI. Die Sanctorum Martirum *Felicis & Audacti.*

CXXVIII.

CXXVIII.

REVERSALES FRATRVM ORDIN. POENITENTIAE SIVE SACCATORVM IN ESSLINGEN DE NON PRAEJVDICANDO PAROCHIAE IBIDEM.

Venerabilibus Dominis Decano & Capitulo Spiren. humilis frater Otto Prior Provincialis Alemanie Fratrum Ordinis penitencie *Jesu Christi* munus in Dño orationum nostrum est ad ea que pacis sunt instare, & eis que juris alieni sunt, nullatenus velle derogare, ne autem vobis dominis nostris & Plebano Ecclesie in *Ezzelingen* per nos in Terminis ipsius Parochie de vestro consensu speciali intrantes prejudicium contra indultum nobis gracie Beneficium in eadem Parochia mansuros fiat presentibus Literis pro nobis & ordine nostro promittimus & nos firmiter obligamus, quod Locum *Ezzelingen* infra muros nobis deputatum, & a vobis permissum, nos & fratres nostri mutare seu permutare non possumus, nec debemus, nisi de vestro Beneplacito Voluntatis, promittimus eciam, quod Confessiones Parochianorum in Parochia fratres nostri non audiant, & Sacramenta Ecclesiastica non ministrent, ante prandium non predicent, preterquam in Die Dedicacionis Ecclesie Fratrum, & Patroni & in festo beati *Augustini* mortuos eciam apud nos fratres sepulturam eligentes, ad sepulturam non recipient nisi de consensu plebani in *Ezzelingen* qui pro tempore fuerit, de singulis hiis ac universis primitus requisito & ob-

 tento,

tento, verum post petitum & obtentum plebani in *Ezzelingen* consensum de corporibus tumulandis, corpora ad Ecclesiam Parochialem primum deportentur, & missa pro Defunctis ibidem peracta ad Ecclesiam fratrum nostrorum tumulanda deportentur, & Fratres nostri omnium eorum, que titulo legacionis seu in oblacionibus si forsam impoſterum ipsas oblaciones recipere contigerit, recéperint occasione corporum huiusmodi tumulandorum medietatem parochialis Ecclesie persoluant; de his autem que Fratribus nostris a parochianis Ecclesie in *Ezzelingen* a viuis & inter viuos legata fuerint, terciam partem tamen Ecclesie parochiali assignabunt. Volumus eciam, ut fratres nostri circa personam plebani Ecclesie in *Ezzelingen* quicunque fuerit honeste & beniuole se gerant, nec facto nec verbo ipsi derogent ipsum ad Ecclesiam, ubi ad confessiones audiendas admissi per plebanum fuerint sollerter & intense promoueant, nec judicem alium quemque preterquam Decanum & Capitulum Spiren. in quacunque causa contra plebanum in *Ezzelingen*, si quam causam contra ipsum habuerint, requirant, & populum in Confessionibus & in predicacionibus publice, ut Ecclesiam parochialem frequentent modo debito exhortentur, & alia que ad deuocionem Ecclesie Spiren. & honestatem & utilitatem Ecclesie parochialis pertinent, cum summa Diligencia in omnibus & per omnia exequantur ad obseruanciam autem omnium earum que posita sunt, nos & Fratres & successores nostros & ordinem nostrum presentibus Literis obli-

obligamus, in tantum eciam, ut si in aliquo Articulo a Fratribus nostris contrarium fuerit attemptatum, nisi celeri satisfactione Fratres sibi prouiderint, gracia nobis facta in eo videlicet, quod aditum nobis in Parochiam *Ezzelingen* indulsistis ex ipso facto esse desinat, & quod indultum est pro non indulto penitus habeatur, nullis Literis siue indulgenciis obtentis, seu in posterum obtinendis obstantibus facto huic. hec autem ut rata permaneant, presentes Literas Venerabilis Patris Dñi Constanciensis Episcopi sigillo & nostro, vobis & Ecclesie Spiren. conferimus roboratas; Sigillum nichilominus ciuitatis in *Ezzelingen* ipsis apponi pro robore facientes. Datum. Anno Dñi MCCLXVIII°.

CXXIX.

WERNHERVS ET WALTHERVS DE WISSLOCH OMNE JVS SVVM QVOD IPSIS IN VILLA BRUHL COMPATEBAT, TRADVNT MONASTERIO MAVLBRVNNEN.

Nouerint uniuersi tam presentes quam futuri, quod nos *Wernherus de Wissenloch* dictos *morekin*, *Wernherus* filius antedicti & *Waltherus* ibidem omne jus seu Actionem quam habuimus & habemus in villam que dicitur *Bruel* venditam seu donatam ab Jngramo quondam nostro Vasallo de

 Heydel-

Heydelberg de Voluntatate patrui noſtri *Cunradi* quondam condomino ejusdem feodi, Venerabili Domino *Alberto* & Conuentui in *Mulbrunn* preſentibus relaxamus & in eundem Dominum Abbatem & Conuentum in *Mulbrunn* eandem Villam per donacionem ſeu Vendicionem aut alio quouis modo jure poſſumus transferimus cum omni jure quo nos eandem hactenus habuimus & tenebamus, renunciantes pro nobis noſtrisque heredibus pro Decem Libris hallen. & quatuor modiis ſiliginis omni juri ſi quod nobis in dicta Villa ex nunc competit, vel inpoſterum competere poterit quoquo modo. In huius rei Euidenciam preſentem Literam Sigillorum Advocati Videlicet in *Heydelberg* & Ciuitatis ibidem. Item Domini *petri* militis in *Steynach* munimine tradidimus roboratam, proteſtantes preſentibus quod quia propria Sigilla non habuimus predictorum Sigillorum robore contenti ſumus, huius rei teſtes ſunt *Conradus* dictus *Albus frige*, *Conradus Rumpoldus de Steinach*, *Heinricus Spengarius* de *Henſchubesheim* milites *Marquardus de Wilre*, *Hermannus vulpis*, *Hochfurt*, *Hermannus* dictus *Swert*, *Arnoldus* dictus *der Nünnensün*, *Hermannus* dictus *Muſel* Ciues in *Heydelberg* qui in Teſtimonium predictorum omnium vocati ſunt, & ſe ſubſcribi hiis pro Teſtibus permiſerunt. Actum & Datum Anno Domini MCC ſexageſimo octauo in Die beati *Kyliani*.

CXXX.

CXXX.

INGRAMVS SENIOR ET INGRAMVS JVNIOR DE HEIDELBERG CEDVNT BONA ET JVRA SVA IN VILLA BRVHL MONASTERIO MAVLBRVNNENSI.

Ego *Ingramus* ſenior, & ego *Ingramus* junior de *Heidelberch* notum facimus uniuerſis quod omnia bona noſtra atque jura nobis cedencia ſeu ad nos pertinencia in Villa dicta *Brül* Venerabili Domino noſtro Abbati & Conuentui in *Mulnbrunn* pro remedio animarum noſtrarum, nec non in emendam offenſarum Violenciarum grauaminum a nobis ipſorum bonis ſeu hominibus illatorum Conſenſu & bona Voluntate Domni feudi videlicet Domni *Cunradi de Wiſſenlach* dicti *Wiſſerfry* mediante poſſidenda de cetero jure proprietario pleno jure donauimus & aſſignauimus ſub hac forma ut Dominus Abbas & Conventus in ipſorum Monaſterio Lumen die noctuque arſurum perpetualiter de Bonis ordinent ſic collatis, equidem predicto Dño *Cunrado* Curiam noſtram ſitam in *Wybling*, quam *heinricus* dictus *Swab* inhabitat, que tunc ad nos jure proprietario pertinebat, reſignauimus in recompenſam, ipſam ab eo nomine feudi recipiendo, ad hec ſepedictus Dominus *Cunradus* confitebatur fide data audientibus quam pluribus Ciuibus in *Heydelberch* antedicta bona noſtra in *Brül*, que ab ipſo nomine feudi tenebamus nullum de fratribus ſeu Conſangwineis ſuis in aliquo attingere, ſed ad ipſum pure principaliter, ſingulariter ac ſpecialiter pertinere, huius

 rei

rei teſtes ſunt. *Arnoldus* filius Monialis *Burckhardus de Turri*, *Diemarus*, *Walramus*, *Reigerus de Domo lapidea Ciues in Heydelberch Blickerus de Steina*, Dominus *Heinricus de Liechtenawe*, *Ditherus de Malbirn*, Dominus *Stolla* Sacerdos in *Heydelberch*, ut autem hec a memoria hominum non recidant Scripta preſencium Sigilla Reuerendi Patris *H.* Epiſcopi Spiren. & Dñi *Cunradi de Wiſſenloch* dicti *Wiſſenfry*, nec non Ciuium in *Heidelberch* atque noſtro volumus communiri. Datum Anno Dñi Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octauo proxima feria tercia poſt beate Virginis Annunciacionem.

CXXXI.

CONCAMBIVM MONIALES DE PONTE SALVTIS INTER ET CAPITVLVM SPIREN. SVPER QVIBVSDAM AGRIS ET PRATIS.

Nos *Cunegundis* Abbatiſſa totiusque Conuentus monialium de *ponte Salutis* tenore preſencium proteſtamur, quod nos dedimus in Concambio tria jugera agrorum & unum pratum Colono Dominorum Canonicorum majorum Spiren. in terminis Ville noſtre pro aliis tribus jugeribus agrorum & uno duali prato, in cuius rei teſtimonium & munimen dictis Canonicis & Colono ipſorum preſentem Literam dedimus cum Sigilli noſtri munimine roboratam, datum anno Domini M. CCLXXIIII.

CXXXII.

COMPROMISSVM ABBATIS IN WEISSENBVRG ET CAPITVLI SPIREN. PVNCTO JVRISPATRONATVS IN BARBELROTH.

Lite seu Contencione diucius inter Dñum Abbatem Wizenburgen. ex parte una & Decanum & Capitulum Ecclesie Spiren. nomine Decanie ex altera super jurepatronatus Ecclesie in *Rode* durante tandem in nos *Eberhardum de Stralenberg* Scolasticum, *Hugonem* Cantorem, *Egenolfum* de *Landesberg*, & *Ditherum* cellerarium canonicos Spiren. ex parte Abbatis Wizenburgen. & Conuentus sui similiter ex parte Decani & Capituli Spiren. precisse exstitit compromissum sub periculo Cause & pena centum Marcarum Argenti; Nos itaque jura parcium rimantes & attendentes eorum strepitus inter personas Ecclesiasticas conquiescere utile esse & honestum per bonum pacis huius discordiam nostro Arbitrio Commissam habito maturo Consilio in nomine Domini arbitrando pronunciamus, ut Capitulum Spiren. jurepatronatus Ecclesie in *Rode* imposterum gaudeat pleno jure, & personam honestam in Ecclesia eadem, quando & quocienscunque uocauerit, per manum Archidiaconi loci instituat, predictis Dño Abbati & Conuentui & Decano Spiren. eorumque successoribus super eo silencium perpetuum inponentes ad recompensam autem Dño Abbati & Conuentui de *Wizenburg* & Decano Spiren. faciendam statuimus, ut preben-

dam quam Dñus Sigillo Nepos Cellerarii habet in Ecclesia Spiren. quam cito vacauerit, ad collacionem Dñi Abbatis Wizenburgen. & Successorum eius perpetuo debeat pertinere, insuper statuimus, quod Decanus Spirensis unam de quatuor prebendis perpetuis diuisis que primo vacauerit cuius collacio ad Capitulum commune pertinebat, ipse & sui successores de manu sua & pro libitu suo dabit, preterea jubemus ut prebendam Episcopalem Dñi electi Wormacien. quando ex Confirmacione eius vacare ceperit, Decanus iam nunc Spiren. solus, nullus de fratribus ad hoc vocatis duabus personis ydoneis deseruiendam assignabit; inposterum autem cum due persone ad prebendam Episcopalem vocande fuerint, Decanus qui fuerit pro tempore unam de personis his instituet per se & solus, alteram uero personam iuxta consuetudinem Ecclesie hactenus obseruatam ordinabit, ut autem omnia supradicta inconuulsa permaneant atque rata, nos Arbitri supradicti Sigilla nostra appendimus ad presentes. Acta sunt hec in Ecclesia Spiren. presentibus Dño *Petro*. Preposito, *Riguino* de *Schonenberg*, *Alberto de Remichingen*, *Wernhero de Annevelt*, *Walramo* Custode, *Heinrico* de *Fleckenstein*, *Wernhero de Wilre*, *Heinrico* nato Dñi *Heinrici* Comitis *Gemini pontis*, *Eberhardo* de *Offenbach*, *Helfrico de Dalheim*, & *Heinrico de Dan* Canonicis Spiren. Anno Domini MCCLXX. septimo. in festo Natiuitatis beate *Marie* Virginis Gloriose.

CXXXIII.

CXXXIII.

AMICABILIS COMPOSITIO INTER CAPITVLVM SPIRENSE, ABBATEM WEISSENBVRGEN. ET DECANVM SPIREN. SVPER JVREPATRONATVS IN BARBELROTH.

Capitulum majoris Ecclesie Spiren. Dñus. . Abbas & Conuentus de *Wizenburg* contencionem habentes cum . . Decano Ecclesie nostre super jurepatronatus Ecclesie de Rode Spiren. Diocesis, idem Dñus. . Abbas & Conuentus de *Wizenburg* & Decanus Ecclesie nostre juspatronatus Ecclesie predicte nostre Spiren. Ecclesie simpliciter contulerunt, ut Ecclesia nostra prouentus Ecclesie eiusdem ad usus suos recipiat, & ad prebendam personam ydoneam presentet, quando & quociens fuerit oportunum, que curam animarum recipiat ad jura Dyocesani & Archidiaconi Loci per omnia expedienda Consensu Reuerendi Patris ac Dñi nostri *Friderici* Dei gracia Episcopi & Venerabilis Dñi . . *Petri.* Prepositi maioris Spiren. in omnibus accedente, & nos unanimi Consensu Dño. . Abbati Wizenburgen. & Successoribus eius permittimus ut prebendam in Ecclesia nostra per Dñum *Cunradum de Bernhusen* seniorem quondam nostrum concanonicum institutam, quam nunc tenet Dñus Sigillo sacerdos Nepos Magistri *Ditheri*, Cellerarii nostri, que hactenus ad collacionem. .

X 5

Rode hod. Barbelrod Ditionis Bipontinæ Landauiam inter & Weissenburgum.

cionem. . Decani Ecclesie nostre pertinebat sacerdoti conferre valeat; . . Decano Spiren. obediendiciam iuxta morem facturo, insuper Decano Ecclesie nostre qui pro tempore fuerit, liberaliter concedimus & indulgemus, ut unam de quatuor prebendis perpetuis diuisis, quam cito vacauerit persone ydonee de manu sua conferat Capitulo irrequisito, idem faciet quando & quociens eandem contingerit vacare prebendam; permittimus eciam ipsi Decano ut cum unam prebendam Episcopalem duabus personis assignandam vacare contingerit, unam illarum. . Decanus Ecclesie nostre de manu sua persone ydonee dabit libere & absolute, quocienscunq; obtulerit se facultas & ad aliam personam in ea instituendam duos de Capitulo assumet iuxta consuetudinem Ecclesie seniores, ut autem in hoc facto nostro. . Decanus Ecclesie nostre & successores eius inperpetuum securi existant, presentes Literas Sigillo Reuerendi Patris ac Dñi nostri *Friderici* Dei gracia Spiren. Episcopi predicti, & Sigillo Capituli nostri damus sollempniter consignatas. Actum & Datum Anno Dñi M. CCLXX. septimo. Mense Novembri.

CXXXIV.

CXXXIV.

COMPROMISSVM ABBATIS IN WEISSENBVRG ET CAPITVLI SPIREN. PVNCTO JVRISPATRONATVS IN BARBELROTH.

Judices Spiren. exorta questione super jure patronatus seu jure presentandi Ecclesie in *Rode* Spiren. Diocesis inter honorabiles Viros Dominum Abbatem & Conuentum Monasterii Wyzenburgen. ex parte una & . . Decanum & Capitulum Ecclesie Spiren. ex altera partibus ad Concordiam monitis faciendam, ex parte dictorum Dñi Abbatis & Conuentus in Dñum . . Prepositum quatuor turrium Camerarium Monasterii Wyzenburgen. predicti & Magistrum *Henricum de Augusta* canonicum Ecclesie Sancti *Germani* extra muros Spiren. ex parte vero dictorum . . Decani & Capituli in Magistrum *D.* Cellerarium, *Egenolfum de Landesberch* Canonicum & Magistrum *Cyminum* prebendarium Ecclesie Spiren. & ab utraque parte in Dñum *P.* . *de Fleckenstein* Prepositum pro media persona communiter est tanquam in arbitros compromissum qui sex arbitris partibus hinc inde auditis summatim & sine strepitu judicii sub juramento ab ipsis prestando nisi omnes de hujusmodi juramento conuenerint remittendo Negocium fideliter examinabunt & vtilitatem eius apud notos seu alios quoscunque requirent & prout inuenerint in animas suas sine Dolo & fraude pronunciabunt quicquid eis videbitur esse iustum, & si omnes concordauerint ipsorum arbitrio

sta-

ſtabitur a partibus ſub periculo cauſe & pena centum marcarum Argenti, quam penam pars Arbitrium non ſeruans parti ſoluet Arbitrium obſeruanti, ſi vero ipſos ſex quod abſit aliquatinus discordare contingerit, Articulos ſupra quibus & in quibus diſcordauerint Dño *P.* . Prepoſito predicto tanquam perſone medie preſentabunt, ſi preſens fuerit, alioquin ſi abſens fuerit & extra prouinciam partes predicte communibus expenſis ipſos Articulos transmittent Dño . . . Prepoſito memorato & quicquid idem Dñus . . . Prepoſitus in animam ſuam ſub juramento prius ab ipſo preſtiſtito ſi predicti ſex Arbitri iurauerint Deliberacione cum jurisperitis & Deum timentibus habita diligenti ſuper eisdem ſentencionando pronunciauerit juſticia mediante, partes eedem ratum & firmum ſub periculo & pena predictis inviolabiliter obſeruabunt durabit eciam hoc compromiſſum usque ad feſtum Beati *Johannis Baptiſte* proximum, & erit liberum Arbitris ſupradictis compromiſſum huius prorogare de tempore in tempus dummodo hoc de parcium proceſſerit voluntate, ſi vero aliquis arbitrorum medio tempore ceſſerit vel deceſſerit, alter ab ea parte que ipſum elegit ſubſtituetur eidem, & ut hec rata & inconuulſa permaneant, preſentes Litere Sigillo noſtro una cum Sigillis parcium ſunt ſignate. Actum Anno Dñi M. CCLXX. ſeptimo pridie Idus februarii.

CXXXV.

CXXXV.

CESSIO JVRISPATRONATVS ECCLESIÆ IN BARBELROTH PER MONASTERIVM WEISSENBVRGEN. CAPITVLO SPIREN.

E*delwinus* Dei Gracia Abbas & Conuentus Monasterii Wizenburgen. ordinis S. *Benedicti*, honorabilibus Viris Preposito, Decano totique Capitulo Spiren. plenitudinem omnis boni, habito communi & diligenti inter nos Tractatu unanimi Consensu jus quod Monasterium nostrum in jurepatronatus Ecclesie de *Rode* Spiren. Diocesis habuit seu habere visum est, Ecclesie Spiren. seu Capitulo vestro liberaliter pro nobis & successoribus nostris conferimus cum plenitudine omnis juris, ut autem in hac nostra Donacione inposterum Ecclesia Spiren. secura existat, & quod Capitulum vestrum nullas inposterum super eodem jure patronatus altercaciones ex parte nostri Monasterii nostra, successorumve nostrorum oporteat formidare, presentes Literas sigillo venerabilis Dñi *Friderici* Dei gracia Spiren. Episcopi, & nostris Sigillis in robur perpetuum tradimus consignatas. Actum Anno Dñi MCCLXX. septimo in Die beatorum Apostolorum *Symonis* & *Jude*.

CXXXVI.

OBLIGATIO POENITENTIVM VLTRA LVTVM LEPORIS DE NON MVTANDO SVVM ORDINEM SVB CERTIS POENIS.

Johannes Prior. . Priorissa, totusque Conuentus Monialium Ordinis Sancte *Marie Magdalene* ultra *Lutum Leporis* extra muros Spiren. Omnibus ad quos presentes Litere peruenerint deuotas in Christo oraciones licet secundum Verbum Apostoli unusquisque manere debeat in ea vocacione qua vocatus est, nec ex temeritate uel Leuitate in iacturam uel injuriam sui ordinis, eciam sub pretextu maioris Ordinis ad alium ordinem transuolare, cum ut hec firmius & inuiolabilius obseruemus non solum & precepto Apostoli & ex necessitate iuris, sed eciam ex promisso a nobis super hoc sponte facto, eoquod triplex funiculus difficile rumpitur, promittimus bona fide, & presentibus Literis ad id nos astringimus, & firmiter obligamus, quod ad nullum ordinem alium siue predicatorum siue minorum siue eciam ad quodcunque alium austeriorem uel micio-rem, nec ex quacunque causa nos unquam transferemus, neque religionis habitum in quo nunc sumus aliquatenus deseremus, verum si contra Verbum Apostoli predictum & jus, ac eciam promissionem & obligacionem nostram nos omnes communiter quod absit venire contigeret claustrum nostrum, possessiones nostre & bona nostra tam mobilia quam immobilia Dominio venerabilis Patris, & Dñi nostri

Spi-

Spiren. Episcopi, & Capituli maioris Ecclesie ibidem nomine pene, cui nos subicimus libere cedent & ea ipsis sine contradictione qualibet volumus applicari, sed si aliquas ex nobis quod dictum est, transgredi contigerit, alie non transgredientes, & in suo ordine permanentes dictis possessionibus utentur pacifice & quiete, nec aliquod ius tunc competat in eisdem Domino Episcopo & Capitulo antedictis, in cuius rei fidem & perpetuam firmitatem Nos *Wippertus* Generalis tocius ordinis penitencium Sigillum nostrum una cum Sigillo dictarum Monialium presentibus duximus apponendum; predictam obligacionem Auctoritate Apostolica nobis commissa confirmantes Sigilla eciam Dñi Episcopi & Capituli predictorum ad peticionem nostram hiis Literis sunt appensa. Datum Anno Dñi MCCLXXX primo III. Nonas Marcii.

CXXXVII.

REVERSALES PRIORIS PROVINCIALIS FRATRVM ORDINIS B. M. DE MONTE CARMEL. DE NON IMPEDIENDO PLEBANVM IN ESSLINGEN.

Reuerendis Dominis & honestis Preposito, Decano totique Spiren. Ecclesie Capitulo, Frater *Heinricus* Prior Prouincialis fratrum ordinis beate *Marie* de Monte Carmeli per Alemanniam, vitam bonam, & exitum sanctitatis docet sapiens, ante omnia verbum verax precedat te & ante omnem

actum

actum Consilium stabile, nolentes igitur excedere Consilium sapientis, vestre Dominacioni fide bona promittimus, & vita comite faciemus, videlicet quod Articulos super indempnitate jurium vestre Parochie apud *Ezzelingen* inter nos pacis gracia utrobique conceptos ante festum Natiuitatis Domini nunc instans sub Sigillis prioris Generalis nostri Ordinis Capituli Generalis, nostro ac Prioris localis fratrum apud *Ezzelingen* vobis sub certa forma presentamus fideliter roboratos spondentes nichil, quod medio tempore nichil notabilis construemus, aut aliquid faciemus, vnde jura Parochie minui valeant, sed per nos atque nostros in hiis que racioni sunt virorum conformabimus beneplacitis plebanorum eligentes presentibus, quod si nos in hac sponsione, quod absit contingeret claudicare, exspirato Termino sponsionis loco, & gracia iam a nobis adepta, fratres inibi resedentes sine contradictione qualibet cedent ipso facto. in huius rei Testimonium nos dictus . . Prouincialis Sigillum nostri officii presentibus duximus appendendum. Actum apud *Spiram*. Anno MCCLXXXI. in Die Sancti *Benedicti* Abbatis.

CXXXVIII.

CXXXVIII.

REVERSALES PRIORIS PROVINCIALIS FRATRVM ORDINIS B. M. DE MONTE CARMEL. DE NON IMPEDIENDO PLEBAN. IN ESSLINGEN.

Venerabilibus Dñis & honeſtis . . Prepoſito . . Decano totique Spiren. Eccleſie Capitulo, Frater *H.* Prior prouincialis fratrum Ordinis beate *Marie* de Monte Carmeli per Alemanniam Domino viuere & in Domino mori. Geſte rei noticia in poſteros diuulgetur preſentibus, ne ſucceſſoribus Litis occaſio generet, ſane attendentes ad Parochiam veſtram apud *Ezzelingen* fratres noſtri ordinis Domicilium inibi conſtruere cupierunt, Vos vero ſencientes, dictam Parochiam caſu conſimili moleſtatam nobis reſtitiſtis, cauentes ne dicta Parochia occaſione noſtri in juribus ſuis frauderetur; porro nos viſo hoc, vobis in humilitatis ſpiritu preſentauimus indempnitatem veſtram allegantes ſagaciter, priuilegiorumque noſtrorum indaginem oſtendentes, ad pacientem noſtram inſtanciam in unum conueniſtis nobiscum in ſubſcriptos Articulos concordantes, per quorum obſeruanciam jura veſtre Parochie conſeruari poſſint illeſa, & noſtri fratres quiete Domino famulari, promittimus igitur, quod Confeſſiones in dicta non recipiemus Parochia, niſi per voluntatem plebani Loci, qui pro Tempore fuerit & aſſenſu. Item Confectioni Teſtamentorum non intererimus, niſi ittidem de Voluntate Plebani. Item in predicacionibus noſtris ac Confeſſioni-

bus

bus populum ortabimur fideliter, ut diligenter decimet, propriis confiteatur sacerdotibus, & ad suam Parochiam confluat, diebus presertim Dominicis & festiuis. Item Tempore interdicti cessantibus vestris plebanis & nos cessabimus in idipsum. Item neminem de Parochia vestra ad sepulturam recipiemus, nisi id de Voluntate Plebani processerit & assensu. Item in precipuis festiuitatibus ut in Pascate, Penthecosten, omnium Sanctorum, Natiuitatis Domini, patroni loci, Dedicacionis Ecclesie, oblaciones ex integro presentabimus plebano; preterea omni priuilegio huic Ordinacioni opposito plene renunciamus, nec ultra priuilegium seu Literas inpetrabimus quascunque, Occasione quarum predicta ordinacio possit quomodolibet viciari, nec utemur impetratis in iudicio vel extra; promittimus insuper, ut quicunque Prior in dicto Loco pro tempore fuerit institutus, juramento prestito dicto Plebano spondebit, quod prelibatos Articulos inuiolabiliter obseruabit pro posse, facietque nichilominus eos a suis sindicis incontaminate seruari, si uero dicti Prior uel Fratres predicte ordinacioni patenter ex Industria presumpserint contraire, quod absit, jurisdictioni Domini Constanciensis Episcopi pro tanto eos sponte subicimus, ut per censuram Ecclesiasticam ipsos valeat choercere, postremum promittimus, quod hanc ordinacionis seriem a tempore creacionis Domini Pape ad unum Annum a Dño Papa procurabimus efficaciter confirmari, quod si non fuerit effectui mancipatum, promittimus sub eadem pena, & modo quo supra, quod ab

eo

eo tempore in antea prior dicti Loci & fratres cessabunt penitus a diuinis, que tamen resument, cum hoc fuerit adimpletum. datum Spire Anno Domini M. CCLXXXI. in Die beati *Benedicti* Abbatis.

CXXXIX.

TRANSSVMPTVM PER JVDICES SPIREN. DIPLOMATIS ADOLPHI ROMANOR. REGIS QVO IN SCVLTETVM CONSVLES ET CIVES OPPIDI ESSLINGEN ANIMADVERTIT, QVOD CONTRA PROHIBITIONEM REGIAM MONIALES IN PRÆJVDICIVM ECCLESIÆ PAROCHIALIS IBIDEM ADMISERINT.

Nos Judices Spiren. ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod Anno Dñi Millesimo ducentesimo LXXXII. pridie Kalend. Decemb. Literas Domini *Adolphi* Romanorum Regis Serenissimi cum Sigillo a tergo apposito, non absolutas, non corrosas non cancellatas, nec aliqua in parte ipsarum viciatas prout prima facie apparebat, vidimus & eas de Verbo ad Verbum legimus, & in eius Testimonio Sigillum nostrum huic pagine apposuimus, quarum Literarum tenor talis est, *Adolphus* Dei Gracia Romanor. Rex semper Augustus; prudentibus Viris Sculthetis consulibus nec non ciuibus uniuersis in *Eschelingen* fidelibus suis dilectis graciam suam & omne bonum, recordamus recordando admirantes non sufficimus cogitare quo ausu

 con-

contra nostram prohibicionem Moniales ad opidum in *Eschelingen* quas admitti vetuimus admisistis in Preiudicium Ecclesie Parochialis & grauamen, quare nobis precise committimus & mandamus quatenus dictas moniales nullum Edificium in antea in dicto opido construere vel erigere permittatis, donec ad nostram presenciam personaliter veniamus, tunc etenim deliberabimus de maturiori Consilio quid expediat vel fieri valeat in hoc casu. Datum *Hagenowe* quinto Kal. Dec. Regni nostri Anno primo.

CXL.

INVESTITVRA AD ECCLESIAM IN HAMBACH.

P. *) Prepositus Ecclesie Spiren. honorabili Viro Decano in *Goderamstein* Salutem in Domino *Wernherum* Sacerdotem quondam celebrantem in *Meckenheim* nobis presentatum ad perpetuum Vicarium Ecclesie in *Hambach* ab honorabilibus Dominis nostris Decano, nec non Canonicis Ecclesie Spiren. ad eandem Vicariam perpetuam dicte Ecclesie in *Hambach* in nomine Domini presentibus investimus, mandantes vobis quatinus ipsum ad possessionem dicte Vicarie inducatis, facientes sibi debitam & condignam **) ab omnibus ibi-

*) Petrus Præpositus major in qualitate primi Archidiaconi.

**) Forsan omiss. Obedientiam.

ibidem parochialibus exhiberi. datum Anno Domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo quarto. fer. 3. post Dominicam *Jubilate*.

XLI.

G. EPISCOPVS SPIRENSIS INSTITVIT DVAS PRÆBENDAS SACERDOTALES IN CHORO S. STEPHANI ECCLESIÆ SPIRENSIS.

Cum creatura non habeat, quod pro meritis suo creatori respondeat, ex eo maxime, quod de sua immensa pietate de summis cælorum ad ima descendere dignatus est, & tandem pro humani generis redemptione mortem subire temporalem; nimirum si aciem nostræ considerationis ad cælestia, salutisq; opera accedamus, & cum devotionis ardore, quidquid possumus jugi sollicitudinis studio eiusdem Dei filio Jesu Christo in recompensationis titulum impendamus. Nos igitur *Gerbardus* Episcopus Spirensis, constare volumus universis præsentibus & futuris, quod nos ob salutem & remedium animarum nostræ & progenitorum ac benefactorum nostrorum Altare in Ecclesia nostra Spirensi in choro Sancti *Stephani*, juxta ostium, quo itur ad Capellam Stæ *Catharinæ* construximus, ac duas præbendas sacerdotales per duos sacerdotes deserviendas, in & super dicto Altari perpetuis temporibus, juxta modum subnotatum instituimus & ordinavimus, & præsentibus ordinamus, quas quidem duas

præbendas, de bonis, fructibus, & reditibus Ecclesiæ in *Mingolzheim* nostræ Diœcesis ad Nos cum suo jure patronatus pleno proprio & privato jure, & non ratione Episcopatus pertinente, accedente ad hoc voluntate & consensu honorabilium & dilectorum Nobis in Christo Eberhardi Decani & Capituli Ecclesiæ nostræ Spirensis, ac venerabilis Viri *Henrici* de *Erenberg* præpositi Ecclesiæ Sti *Guidonis* Spirensis ipsius loci Archidiaconi dotavimus, ac dotamus volentes, ut duo sacerdotes pro tempore hujusmodi præbendas deservientes jus percipiendi bona, fructus & reditus dictæ Ecclesiæ in *Mingolzheim* perpetuo habeant, & percipere possint & debeant, salva tamen congrua portione ac præbenda competenti perpetuo Vicario in prædicta Ecclesia *Mingolzheim* celebranti, & curam animarum habenti, ne qua commode sustentari, ac curam hospitalitatis gerere valeat per Nos legitime assignata, qui Vicarius perpetuus a dictis duobus sacerdotibus dictas duas præbendas possidentibus est ad prædictam Ecclesiam *Mingolzheim* loci Archidiacono præsentandus, & per eundem loci Archidiaconum instituendus in eadem idemque Vicarius Nobis & prædicto Archidiacono subjacebit, & Cathedraticum ac synodalia, & alia jura Episcopalia ac alia onera dictæ Ecclesiæ in *Mingolzheim* incumbentia expedite persolvet, præfati etiam sacerdotes ipsas præbendas pro tempore possidentes duas amas vini procuratori cellarario, & unam libram hallerum procuratori suspensarum singulis annis in recompensam duarum amarum vini & panum & aliarum obventionum seu accidentium eisdem sacer-

cerdotibus ſicut aliis presbyteris præbendatis Eccleſiæ Spirenſis quolibet anno & per annum præſentandarum & dandarum ante feſtum beati *Martini* ſolvant expedite, qui etiam ſacerdotes alternatis diebus in & ſuper eodem Altari Miſſas infra matutinum cantatum in dicta Eccleſia noſtra & primum pulſum ad tertiam dicant, ita pro qualibet die cujuslibet ſeptimanæ una Miſſa habeatur, die videlicet dominica, ut chorus celebrat feria ſecunda *pro defunctis*, feria tertia de *Trinitate*, feria quarta de *Sancto Spiritu*, feria quinta de *beata Catharina*, feria ſexta de *Sta Cruce*, ſabbatho de *Domina noſtra*, ac choro, ut alii presbyteri deſerviant, horis Canonicis ad ſummæ Miſſæ & aliis divinis officiis intereſſendo, memoriamque noſtri & progenitorum ac benefactorum noſtrorum in ſuis Miſſis ac aliis ſuis orationibus habeant humilem & devotam, Decano etiam pro tempore exiſtenti obedientiam debitam & conſuetam faciendo, collationem vero dictarum præbendarum, quoties eas vacare contigerit, Nobis & ſucceſſoribus noſtris Epiſcopis Spirenſibus reſervamus, volentes, ut ſucceſſores noſtri Spirenſes Epiſcopi pro tempore exiſtentes easdem præbendas vel eam, cum & quoties eas vel alteram earum vacare contigerit, actu presbytero nullum aliud beneficium Eccleſiaſticum obtinenti, vel eo prius dimiſſo, ſi quod habet, ſaltem clerico idoneo viceſimum quintum annum ſuæ ætatis attingenti, qui infra annum a die collationum ſeu collationis ſibi factarum ſeu factæ in ſacerdotem valeat & velit promoveri infra Menſem a die vacationis earum

ſeu alterius earundem pure conferant propter Deum ſtatuentes, ut, ſi ſucceſſores noſtri Epiſcopi præbendas vel præbendam hujusmodi ut ſic vacantes vel vacantem juxta modum & tempus ſupra ſcriptos non conferrent, aut ſi clerici vel clericus idonei vel idoneus dictas præbendas ſeu præbendam habentes, ſeu habens legitimam ætatem, ut eſt dictum, obtinentes ſeu obtinens, ſe infra unius anni ſpatium a die collationum ſeu collationis ſibi factarum ſeu factæ in Presbyteros, ſeu Presbyterum ſe non facerent, ſeu faceret promoveri, ex tunc officiati, procuratores ſeu collatores fructuum & redituum ad præſentias Eccleſiæ Spirenſis pertinentium, omnes & ſingulas fructus, reditus & obventiones ipſarum præbendarum ſeu præbendæ, ex integro colligent, & recipient ceſſante quolibet impedimento & contradictione cujuslibet & pecuniam ex fluctibus, reditibus & obventionibus hujusmodi venditis habitam proportionaliter diſtribuent, qualibet die, qua Miſſa pro animabus in Eccleſia Spirenſi decantatur, & clerici ſeu clericus hujusmodi præbendas ſeu præbendam obtinentes ſeu obtinens fructibus, proventibus, reditibus & obventionibus ipſarum præbendarum ſeu præbendæ eo ipſo ſint privati ſeu ſit privatus, & officiati procuratores ſeu collectores hujusmodi Miſſas ſuperius deſcriptas quolibet die ut præſcribitur fideliter dici vel legi procurabunt de fructibus, proventibus, reditibus & obventionibus etiam ſupradictis quousque clerici vel clericus prædicti in Presbyterum ſeu Presbyteros ſint promoti, ſeu ſit promotus. In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus

eſt

est appensum. Et Nos *Eberhardus* Decanus & Capitulum, ac *Henricus* de *Erenberg* præpositus Sancti *Guidonis* Ecclesiarum Spirensium prædicti, quia præmissis omnibus consensum nostrum adhibuimus, idcirco Sigilla nostra ad preces dicti Domini nostri Episcopi in præmissorum omnium testimonium appendimus huic chartæ: datum Spiræ Anno Domini Millesimo, trecentesimo, sexagesimo in crastino beati *Georgij* Martyris.

CXLII. a.)

ARCHIDIACONATVS HERPIPOLENSES.

Ex Libro Pergameno, Nuncupato Synodali, conscripto Tempore Godefridi de Limburg Episcopi Herbipolensis circa annum 1453. Cum additamentis Beneficiorum *).

Sequuntur secundum Ordinem omnia & singula Nomina Beneficiorum per Dyocesin Herbipolensem constitutorum, & primo quæ sub Archidiaconatu & Capitulo rurali Kitzingen sunt sita.

KITZINGEN CAPITVLVM.

Eiwelstatt plebania.
Westheim.
Thelheim.

*) Archi- & Episcopatus Germaniæ divisi sunt in Archidiaconatus, quorum cura plerumque Præpositis Eccle-

Ganderſacker.
Primiſſaria ibidem.
Verſpach.
Rimpar.
Primiſſaria ibidem.
Eſtenfeld.
Grumbach.
Nider Pleichfeld.
Kürnach.
Obern Pleichfeld.
Bercheim.
Eyſslewben.
Ettleben.
Schlehenreit.
Capella btæ Mariæ Virginis in Ockershauſen
1468. confirmta.
Hergoltshauſen.
In Garnſtadt Vicaria.

Wer-

cleſiarum Cathedralium & Collegiatarum fuit concreditæ. Archidiaconi ex quolibet beneficio curato & non curato utilitatis quidpiam percipiebant; hinc eſt, quod ſui diſtrictus beneficia ad unum omnia Regiſtris inſerebant. Hæc Regiſtra omnium Archidiaconorum ſimul collecta ſiſtunt integram, qua late patet, diœceſin. Tempore ſ. d. Reformationis Diœceſis ingentem paſſæ ſunt immutationem, oportet igitur in Regiſtra ante annum 1530. inquirere. Operæ pretium foret, limites omnium Archi- & Epiſcopatuum ad normam *Diœceſis noſtræ Moguntinæ in Archidiaconatus diſtinctæ* e regiſtris Archidiaconalibus eruere & documentis authenticis illuſtrare, ut tandem aliquando *Germania Sacra* numeris omnibus abſoluta, diu jam exoptata in lucem publicem prodire valeat.

Werneck Capella.
Zeutzleben Primiſſaria.
Greüenrheinfeld.
Primiſſaria ibidem.
Wipfeld.
Obern Eyſſeltzheim.
Har.
Buſeltzheim.
Broſeltzheim. Ewrfeld.
Schernaw.
Tettelbach.
Vicaria B. Mar. Virg. Anno M. CCCC99.
fundata.
Primiſſaria ibidem.
Altare ibidem.
Neüſſes Vicaria.
Maynſtockheim S. Kiliani.
Maynſtockheim S. Gumperti.
Kytzingen.
Primiſſaria prima.) in Eccleſia.
Primiſſaria ſecunda)
Primiſſaria nova in Monaſterio ibidem.
Capella Sancti Sepulchri ibidem.
Media Miſſaria ibidem.
Vicaria Sanctæ Crucis ibidem.
Vicaria Corporis Chriſti nova 1466.
Hohen.
Etwashauſſen.
Sultzfeld.
Altare ibidem.
Primiſſaria ibidem.
Reppersdorff.
Erlach. Sun-

Sunterahussen inferior.
Rottendorff.
Mayn Suntheim Capella beatæ Virginis.
Vicaria perpetua in Buchbrunn 1470.
Hohenfeld.
Alberhofen.
Gerbrunn.
Hirschfeld.

CAPITVLVM MUNERSTATT EST VNVS ARCHIDIACONATVS.

Münerstatt Capitulum.

Münerstatt.
Duæ Vicariæ in Hospitali ibidem.
Vicaria S. Georgij ibidem.
Vicaria S. Elisabeth ibidem.
Vicaria beatæ Virginis ibidem.
Burglawr Vicaria.
Boppenlauer Primissaria.
Heustrwe Primissaria.
Niderlawrung Primissaria.
Maspach.
Tuntdorff Capella non confirmata.
Werberghawssen.
Wenckheim.
Rannungen.
Kyssige.
Capella beatæ Virg. ibidem.
Primissaria extra Muros ibidem.
Nüttingen Ecclesia nova.
Primissaria ibidem.

Ascha.

Afcha.
Hawffen Capella.
Steynach.
Newenftatt.
Vicaria Stæ Barbaræ.
Vicaria Corporis Chrifti.
Hofpitale ibidem.
Vicaria in Hofpitali ibidem.
Saltz Vicaria.
Capella Sancti Viti.
Baftheim, Hollnftatt.
Wülffershuffen.
Eberspach.
Lüttern Primiffaria ibidem.
Brettenweg Parochia.
Vica. S. Jacobi Vica. S. Urbani ibidem.
Hellingen.
Meylos.
Bughem alias Königsberg.
Vicaria Corporis Chrifti ibidem.
Primiffaria ibidem.
Vicaria Sti Burckardi extra Muros ibidem.
Vicaria Sti Jacobi in parochiali ibidem.
Vicaria B. M. Virg. prope Königsberg.
Vicaria S. Catharinæ.
Vicaria S. Annæ.
Vicaria S. Urbani ibidem.
In Bughem Primiffaria exempta.
Münfter.
Wettrungen.
Etthuffen.
Primiffaria ibidem.

Vi-

Vicaria ibidem.
Hofheim.
Primiſſaria ibidem.
Frinſſenhuſſen.
Goſsmannsdorf.
Mechritt.
Holtzhuſſen prope Schweinfurt.
Unfunden. Primiſſa. ibidem.
Brotbach.
Schweinfurt. Capell. B. V.
Vicaria S. Leonhardi. Vicar. S. Catha.
Vicar. Corporis Chriſti. Vicaria S. Johannis
in parochli. ibidem.
Vicaria Dñi Conradi Sragen alias St. Nicolai
in Schweinfurt.
Vicaria B. Virg. in Hoſpitali ibidem.
Vicaria S. Sebaſtiani in Capella S. Kiliani ibid.
Vicaria Btæ. Virginis in Eccleſia S. Joannis
ibidem.
Vica. S. Stephani. Vicar. 3. Regum. ibidem.
Theres.
Forſt.
Schonungen.
Margſteinach.
Premiſſaria ibidem.
Hawſſen. Gedem.
Grunungen.
Kutzſpur.
Geltersheim.
Primiſſaria ibidem.
Ewrbach.

Meyd-

Meydbach.
Pfersdorff.
Vicaria Altaris Sanctæ Kunigundis in Schweinfurt.
Primiss.ª in Wald Sachsen.
Ebern. Vicaria hospitalis ibidem.
Vicaria B. Virg. Vica. S. Crucis ibidem.
Vicaria Corporis Christi ibidem.
Rewtwischdorff Capella.
Raweneck.
Gessendorff.
Burgbreitbach.
Primissaria ibidem.
Schweinshewpten.
Horberg.
Emershaussen.
Altenstein.
Primissaria ibidem.
Vicaria Corporis Christi ibidem.
Lichtenstein.
Mertzbach.
Stein. Pantz.
Watzendorff. Greytz.
Zewen Primissaria.
Buch. Brunn.
Düringstatt. Mirspach.
Rattelsdorff.
Baunach. Primissaria ibidem.
Item instituta est nova Angelica Missa in Baunach Ao. D. LXXXViii.
Not. Ex post temporis una pars hujus Capituli Münerstatt separata & erecta fuit in proprium

prium Capitulum, hodie in Ebern nuncupatum, cui ſubſunt omnia Beneficia a Vocabulo Ebern incipiendo præſpecificata.

CAPITVLVM GEROLTZHOFEN VNVS ARCHIDIACONATVS.

Colitzheim.
Herelheim.
Zwithsheim.
Primiſſaria ibidem.
Grettſtatt ibidem.
Sendelfeld. Primiſſaria.
Inferior Eüerheim.
Superior Eüerheim.
Dampsdorff.
Falckenſtein.
Eſchenaw.
Haſsfurt.
Primiſſ.a Medimiſſaria ibidem.
Item inſtituta eſt nova Vicaria in honorem S. Thomæ Apoſtoli Ao. 1490.
Gnetzgew.
Weſtheim.
Zeyl.
Primiſſaria ibidem.
Medimiſſaria ibidem.
Lawter.
Eltmen.
Primiſſaria ibidem.
Stettfeld.
Primiſſaria ibidem.

Trun-

Trunſtatt.
Superior Heyde.
Lodengerewt.
BurgEbrach.
Reichmannsdorff.
Prelsdorf.
Superior Windheim.
Wuſtvilde.
Superior Schwartzach.
Primiſſaria ibidem.
Bittbach.
Dingeltshuſſen.
Trauſtatt filial.
Primiſſaria ibidem.
Gerolztzhoven.
Primiſſaria ibidem.
Vicaria hoſpitalis ibidem.
Engel miſſaria Medimiſſaria ibidem.
Miſſaria fraternitatis ibidem.
Schalckfeld.
Inferior Windheim.
Volckach.
Vicaria S. Nicolai ibidem.
Primiſſaria ibidem.
Kirchberg Vicaria S. Bartholomæi.
Superior Volckach.
Halberg Vicaria.
Eychfeld.
Oſtheim.

CAPITVLVM IPHOVEN ET SCHLUSSELFELD SVNT DVO DISTINCTA CAPITVLA ET VNVS ARCHIDIACONATVS ET PRIMO IPHOVEN.

Capitulum Iphoven.

Iphoven Sancti Viti.
Primissaria ibidem.
Iphoven Sancti Martini.
Primissaria ibidem.
Vicaria hospitalis ibidem.
Vicaria Sepulchri ibidem.
Vicaria beatæ Virginis ibidem.
Vicaria Animarum ibidem.
Eynersheim. Primissaria ibidem.
Minor Langheim.
Primissaria ibidem.
Gerlachshussen.
Sumerach Primissaria.
Wilentzheim. Primissaria ibidem.
Angeli missaria ibidem.
Brissenstatt. Primissaria ibidem.
Hochfeld. Primissaria ibidem.
Bernheim.
Primissaria ibidem
Capellania ibidem.
Wisenbrunn.
Primissaria ibidem.
Medimissaria ibidem.
Major Lanckheim.
Primissaria ibidem.

Vi-

Vicaria S. Antonij ibidem.
Bruck Vicaria.
Herntzheim.
Stefft.
Stadt Schwarzach.
Capella in Caſtro Stephansberg.
Obernbreit Primiſſaria ibidem.
Caſtell.
Wieſſentheyd.
Primiſſaria ibidem.
Rüdenhauſſen.
Rödelſee Primiſſaria ibidem.
Stewnzenn.
Dornheim.
Sickershauſſen.
Froſchſtockheim.
Helnitzheim.
Suntheim. Reypersdorff.
Stadel Schwartzach.
Kirchſchönbach.
Geiſſelwinde.
Altmannshuſſen.

In Plaga Uffenheim.

Freytenbach.
Langenſteinach.
Holzhuſſen.
Primiſſaria ibidem.
Eckperchoffen.
Orenbach.
Golnhoven.

Primiſſaria ibidem.
Sownsheim.
Primiſſaria ibidem.
Hittenheim. Primiſſaria ibidem.
Welbhuſſen.
Lippurghuſſen.
Tawrzell.
Gnetzheim.
Primiſſaria ibidem.
Nidern Helſcheim nova.
Argshoven.
Eckperghoven.
Wollmersbach.
Adelhoven.
Waldmannshoven.
Primiſſaria Capellania ibidem.
Pfalnheim.
Hemersheim.
Gulichsheim.
Obernztelsheim.
Bertheim.
Primiſſaria ibidem.
Rodheim.
Primiſſaria ibidem.
Geyſſelheim.
Uffenheim.
Primiſſaria ibidem.
Vicaria hoſpitalis ibid.
Vicaria S. Jacobi ibid.
Vicaria S. Catharinæ ibid.
Vicaria S. Antonij ibid.

Vi-

Vicaria S. Leonardi ibidem.
Utenhoven.
Ulſſenheim.
Primiſſaria ibidem.
Weigenheim.
Reyſche.
Rodlein.
Geckenheim.
Capella omnium Sanctorum ibidem.
Ippesheim.
Primiſſaria ibidem.
Büllenheim.
Primiſſaria ibidem.
Medimiſſaria ibidem.
Oſtheim.
Eccleſia parochialis in Aw.

CAPITVLVM SCHLUSSELFELD.

Bibart.
Primiſſaria ibidem.
Stadt Hechſtetten.
Primiſſaria ibidem.
Vicaria in Caſtro ibidem.
Mühlhauſſen.
Primiſſaria ibidem.
Tuttenſtetten.
Schornwiſſach filial ſub Tuttenſtetten.
Inferior Schweinfeld.
Primiſſaria ibidem.
Wachenrode.
Primiſſaria ibidem.

Obernhochſtetten.
Crätz Sambach.
Schlüſſelfeld.
Primiſſaria ibid.
Dyſpeck.
Stubach.
Obern Scheinfeld.
Vicaria in Caſtro ibidem.
Schnotzenbach.
Aſpach.
Taſchendorff.
Gremsdorff.
Etzelskirchen.
Schawrheim.
Bawtenbach.
Dachsbach Primiſſaria.
Groſſenbirckach.
Nidernleimbach.
Obernleymbach.

WINSHEIM ET ZENN SVNT DVO CAPITVLA ET UNVS ARCHIDIACONATVS.

Winsheim Capitulum.

Winsheim.
Vicaria Sanĉti Kiliani.
Vicaria Sanĉti Johannis.
Vicaria Sanĉti Martini.
Vicaria Sanĉti Nicolai.
Vicaria Sanĉtæ Catharinæ.
Vicaria Sanguinis Chriſti nova.
Hoſpitale ibidem.

Al-

Altaria beatæ Virginis.
Vicaria Sti. Jodoci.
Vicaria omnium Sanctorum.
Capella beatæ Virginis.
Capella omnium Sanctorum.
Herbeltzheim, Vicaria S. Jeronimi.
Primissaria ibidem.
Nordheim.
Ostheim.
Grassaltz.
Kottenheim.
Etzelnheim.
Deytenheim.
Ulstatt.
Primissaria ibidem.
Langenfeld.
Hanbüchel.
Nesselbach.
Primissaria ibidem.
Newenstatt.
Primissaria ibidem.
Medimissaria ibidem.
Hospitale ibidem.
Capella Corporis Christi sive Leonardi ibid.
Capella S. Wolffgangi.
Birckenfeld Altare.
Altheim.
Rudisbrunn.
Menheim sive Kawbenheim.
Ipsheim Primissaria ibidem.
Medimissaria ibidem.

Trawtzkirchen.
Primiſſaria ibidem.
Kirchfarenbach.
Wilhelmsdorff.
Dyetenhoven.
Linden.
Leuckersheim.
Ickelnheim.
Primiſſaria ibidem.
Weſtheim.
Urfersheim.
Hensheim.
Wibelsheim.
Schwebheim.
Ergersheim.
Primiſſaria ibidem.
Pfaffenhoven.
Rudelshoven.
Ermbrechtshoven.
Buchheim.
Habeltzheim.
Morelbach.
Burckbernheim.
Primiſſaria ibidem.
Vicaria S. Catharinæ ibidem.
Vicaria beatæ Virginis ibidem.
Vicaria S. Cunegundis ibidem.
Bergel. Niedernhoven.
Ottenhoven. Obernzenn.
Sundernach.
Altenbawr.
Lawtershuſſen. Primiſſaria ibidem.

Me-

Medimiſſaria ibidem ad Altare S. Leonardi.
Lerpawr. Primiſſaria ibidem.
Capella in Leonrod exempta.
Steinach.
Rotenburg.
Kirchberg.
Schweinsdorff.
Gattenhoven.
Primiſſaria ibidem.
Steynfeld.
Schetkenbach.
Otelshoven.
Gesler.
Gaſtenfelden.
Buch uff dem Wald.
Sultzbach.
Betwer.
Wynolsbach.
Awrbruch.
Bibert.
Stetperg.
Kolnberg.
Vicaria Caſtri ibidem.
Byntzwang.
Dagſtetten.
Egenhuſſen.
Flachslanden.
Ruglant.
Petersawrach.
Habeltsheim.
Habersdorff.

Primiſſaria ibidem.
Oberndorff.

Capitulum Zenn.

Langenzenn Monaſterium.
Lewbendorff.
Emskirchen.
Primiſſaria ibidem.
Hertzogenawrach.
Primiſſaria ibidem.
Medimiſſaria ibidem.
Buchenbach.
Frawenaurach, Angeli. Miſſ. ibidem.
Capellania ibidem.
Zyrendorff.
Fach.
Regelsbach.
Roſtal.
Capella in Buttenbach.
Amersdorff.
Burgles.
Groſſen Haſslach.
Cadeltzburg.
Primiſſaria ibidem.

KREYLSHEIM, INGELFINGEN, ET HALL, SVNT TRIA CAPITVLA, ET VNVS ARCHIDIACONATVS.

Kreylsheim Capitulum.

Kreylsheim.
Primiſſaria ibidem.

Hoſpi-

Hoſpitale ibidem.
Capella beatæ Virginis ibidem.
Hoenberg.
Zell.
Stumpfach.
Honhart.
Iachſem.
Grindelhart.
Altenmuſten.
Roſsfeld.
Lewckershuſſen.
Luſtenau.
Ewrichshauſſen.
Ruprechtshauſſen.
Ulſshoven. Primiſſaria ibidem.
Lentſidel.
Capella in Kirchberg.
Vicaria in Trenſpach.
Capella in Iagſtatt.
Capella bea. Virg. in Margen Capellein.
Sattelsdorff. Neidenfels Capella.
Grimigen.
Wallenhuſſen.
Hengsfeld.
Scheinbach.
Rode.
Michelbach.
Rewbach.
Bretheim.
Hawſſen. Primiſſaria ibidem.
Wildenholz.
Wetringen. Primiſſaria ibidem.

Gail-

Gailnaw.
Wernitz.
Oſtheim.
Gamesfeld.
Primiſſaria ibidem.
Newſſes.
Inſingen. Primiſſaria ibidem.
Gebſetel. Primiſſaria ibidem.
Lewtzenbrunn.
Primiſſaria ibidem.
Smalfelden.
Primiſſaria ibidem.
Weſtkershuſſen.
Bockenfeld.
Kurnberg.
Leutzendorff.
Love.
Vinſterloch.
Pettefeld.
Dyepach.
Ertzberg.

Capitulum Ingelſingen.

Michelbach.
Plafelden.
Primiſſaria ibidem.
Amlungshagen.
Primiſſaria ibidem.
Bullingsbach.
Ettenhuſſen.
Dirbach.
Krautheim.

Ca-

Capella in Klebhe.
Cuntzelſaw. Primiſſaria ibidem.
Altare ibidem. Altare beatæ Virg. ibid.
Steinkirchen.
Kochenſtetten.
Capella ibidem.
Ingelfingen.
Primiſſaria ibidem.
Altare ibidem.
Nidernhalle.
Primiſſaria ibidem.
Altare ibidem.
Criſpenhoven.
Forchtenberg.
Primiſſaria ibidem.
Rengershuſſen.
Dortzbach.
Primiſſaria ibidem.
Weſternhuſſen.
Sundeldorff.
Marlach.
Wintzenhoven.
Mulffingen. Primiſſaria ibidem.
Iagsperg Capella in Caſtro.
Holnbach.
Ottelshuſſen.
Bechlingen.
Steynach.
Iungeltzhuſſen.
Orlach.
Braunsbach.

Tettingen.
Frawenzell.
Orendelſal.
Amlingshauſſen. Primiſſaria ibidem.
Belſenberg.
Syndringen.
Primiſſaria ibidem.
Newſtetten.
Gynſpach.
Hobach.
Primiſſaria ibidem.
Elringen.
Büchenbach.
Regenbach.
Capella in Gerbrunn.
Primiſſaria in Ernſpach.
Capella in Lewpach.
Primiſſaria in Aſamſtatt.

Capitulum Hallis.

Hallis Sancti Michaelis.
Capella Sanctæ Annæ.
Vicaria Sancti Wendrici.
Vicaria M. Magdalenæ.
Vicaria Sanctæ Crucis.
Vicaria Sancti Nicolai.
Vicaria omnia Apoſtolorum.
Vicaria trium Regum.
Vicaria Sancti Uldarici ibidem.
Capella dicta Weldnerin in qua Vicaria Sancti Ambroſij.

Vi-

Vicaria Sancti Francisci.
Vicaria Sancti Leonardi.
Vicaria trium Regum.
Hospitale in quo
Vicaria Sanctæ Ottiliæ.
Vicaria S. Joh. Baptistæ.
Vicaria Sancti Martini.
Capella dicta Umnussin.
Hallis Sueviæ parochialis.
Sanctæ Catharinæ.
Vicaria S. Erhardi ibidem.
Vicaria beatæ M. Virginis.
Vicaria Sancti Johannis.
Vicaria S. Jodici extra Muros.
Vicaria S. Nicolai extra Muros Hall. ad Leprosos.
Muncken.
Primissaria in Enslingen.
Orlach.
Capella in Gellwingen.
Tungenthal.
Hasteltzfelden.
Zimmern.
Aspach.
Altdorff.
Stockelburg. Primissaria ibidem.
Capella in Castro Velberg.
Suntheim.
Primissaria ibidem.
Tann.
Primissaria in Katzbuhel.
Zell,

Geis-

Geiſſelbrechtshoven.
Obernfiſchach.
Nidernfiſchach.
Michelbach.
Ewrendorff.
Geylendorff.
Primiſſaria ibidem.
Münſter.
Schonberg.
Sultzbach.
Lawffen.
Bihberg.
Obernrode.
Murhart.
Weſtheim incorporata Montis in Murnart.
Capella Sancti Johannis in Sontzenbach.
Bibersfeld.
Michelfeld.
Gotwoltshuſſen.
Geilenkirchen.
Reinsberg vel Reinoltsberg, ſub qua Scheffach. Primiſſaria.

WEINSPERG ET BVCHEIM DVO CAPITVLA ET VNVS ARCHIDIACONATVS.

Capitulum Weinſperg.

Gundeltzheim.
Primiſſaria ibidem.
Duo Altaria ibidem.
Tuttenburg.
Primiſſaria ibidem.

Pri-

Primiſſaria in Buchenheim.
Offenheim.
Superior Griſſen.
Capella in Nuſsbaum.
Herboltzheim.
Nydenaw.
Primiſſaria ibidem.
Altare beatæ Virginis ibid.
Altare Sanctæ Catharinæ ibid.
In Teytingen Altare S. Gangolphi.
Altare beatæ Virginis ibidem.
Alnfeld.
Aſamſtadt.
Zuttlingen.
Primiſſaria in Siglingen.
Odheim.
Primiſſaria ibidem. ⎤
Vicaria beatæ Virg. ibid. ⎦ unitæ.
Kochenthurn. Primiſſaria ibidem.
Altare Johannis & Pauli ibidem.
Altare Sancti Nicolai ibidem.
Altare Sanctæ Margarethæ duo Beneficia.
Capella in lapide.
Dahenfeld.
Primiſſaria ibidem.
Newenſtatt am Kochen.
Primiſſaria ibidem.
Altare Sanctæ Catharinæ ibid.
Altare omnium Sanctorum ibidem.
Goſsheim. Primiſſaria ibidem.
Kochenſteinsfeld.

Primiſſaria ibidem.
Erelbach. Primiſſaria ibid.
Ornburg.
Pretach.
Bewttingen.
Primiſſaria ibidem.
Bitzfeld.
Walpach.
Capella in Schwabach.
Oringen.
Hoſpitale ibidem.
Nova Præbenda ibidem.
Eſchelbach.
Capella in Newenfels.
Capella in Newenſtein.
Capella in Wallenberg.
Kirchenſal.
Maynhart.
Hembach.
Wuſtenrode.
Affeltrach.
Lewenſtein.
Capella beatæ Mariæ Magdalenæ ibid.
Vicaria S. Johannis Baptiſtæ ibidem.
Vicaria S. Nicolai ibidem.
Duæ Præbendæ zu dem Rorhoff ibidem.
Hehenriet.
Groppenbach.
Bilnſtein.
Vicaria Nicolai Han ibidem.
Altare Sanctæ Crucis ibidem.

Vi-

Vicaria Conradi Han ibidem.
Capella extra Muros ibidem.
In Monte Sancti Petri plebania.
Wonnenſtein.
Ilsfeld.
Primiſſaria ibidem.
Capella in Hauſſen.
Capella in Oſthen.
Weſthem.
Primiſſaria ibidem.
Lawſſen.

Altare Sancti Martini.
Altare omnium Apoſtolorum.
Altare Sancti Nicolai.
Altare aliud S. Nicolai.
Altare Johannis Baptiſtæ.
Altare Johannis Baptiſtæ in Monaſterio.
Vicaria S. Georgij.
} ibidem.

Talheim.
Primiſſaria ibidem. Altare ibidem.
Fleyen. Primiſſaria.
Horcken.
Capella Sancti Spiritus in Horcken confirmata 1470.
Suntheim.
Heylbrunn.
Altare Sancti Martini.
Altare Mariæ Magdalenæ.
Altare S. Johannis Baptiſtæ.
Altare S. Bartholomæi.

Altare beatæ Virginis tria Beneficia.
Altare S. Leonardi.
Altare S. Nicolai duo Beneficia.
Altare S. Petri tria Beneficia.
Altare S. Crucis.
Capella S. Jodoci.
Capella S. Michaëlis.
Altare S. Catharinæ in Hoſpitali.
Altare S. Leonardi.
Altare S. Eliſabeth.
Altare S. Nicolai ibidem.
Capella S. Johannis Baptiſtæ ibidem.
Altare S. Crucis in Domo Theotonicorum.
Altare S. Eliſabeth.
Capella S. Nicolai.
Altare S. Jacobi.
Altare S. Catharinæ ibid.
Altare S. Jacobi ad leproſos ibidem.
Sulm. Primiſſaria ibid.
Altare beatæ Virginis ibidem.
Capella in Schurberg.
Primiſſaria in Giſſwangen.
Erlach prope Weinſperg.
Primiſſaria ibidem.
Altare ibid. S. Catharinæ.
Weinſperg.
Altare S. Catharinæ. } ibidem.
Altare S. Magdalenæ. } ibidem.
Altare S. Petri. Altare S. Nicolai. } ibidem.
Altare S. Johannis Evangeliſtæ. } ibidem.
Altare S. Crucis.

Al-

Altare S. Jacobi.
Altare beatæ Virginis.
Primiſſaria in Hoſpitali.
Altare S. Georgij in Caſtro.
Altare S. Nicolai. Altare S. Michaëlis in Hoſpitali ibidem.

} ibidem.

Sultzbach.
Primiſſaria ibidem.
Capella in Elnhoven.
Eberſtatt.
Primiſſaria ibidem.
Præbenda in Holtzner.

Capitulum Bucheim.

Cellis. Primiſſaria ibidem.
Capella in Wildenberg.
Amerbach.
Düren paſtoria.
Primiſſaria ibidem. Altare ibidem.
Hoppficken.
Heymſtatt.
Bucheim. Primiſſaria ibidem.
Altare S. Johannis ibidem.
Altare S. Crucis ibidem.
Altare Corporis Chriſti ibidem.
Altare beatæ Virginis ibidem.
Hedicken.
Waldſtetten.
Hartheim.
Primiſſaria ibidem.
Altare ibidem.
Hoſpitale ibidem.

Buluerkeim.
Bretzicken.
Gerſtetten.
Altheim paſtoria.
Primiſſaria ibidem.
Syndeltzheim.
Primiſſaria ibidem.
Roſenberg. Primiſſaria ibidem.
Altare ibidem.
Hirſslanden.
Berlitzheim.
Primiſſaria in Hoenſtatt.
Schillingſtatt.
Superior Witſtatt.
Inferior Witſtatt.
Ballenburg.
Primiſſaria ibidem.
Aſchhuſſen.
Hungen.
Merchingen.
Keſſach.
Berlichingen.
Primiſſaria ibidem.
Biringen.
Jaſshuſſen.
Primiſſaria ibidem.
Olnhuſſen.
Widern.
Primiſſaria ibidem.
Vicaria beatæ Virginis ibidem.
Ruſsheim.
Meckmüllen.

Pri-

Primiſſaria ibidem.
Vicaria S. Georgii ibidem.
Vicaria beatæ Virginis ibidem.
Rohecken.
Senfelt.
Mühlbach.
Katzenthal.
Inferior Schefflentz.
Superior Schefflentz.
Bullecken.
Moſsbach.
Elntz.
Primiſſaria ibidem.
Primiſſaria in Zimmern.
Bynheim.
Gerach.
Eberbach.
Primiſſaria ibidem.
Framolt.
Vicaria Sanctæ Crucis ibidem.
Rodenberg.
Lorcken.
Burcken prope Moſsbach.
Talheim.
Capella ibidem.
Rudelsbach.
Schwabhuſſen.
Eycheltzheim.
Holderbach.
Lymbach.
Bodicken.
Capella ibidem.

 Pri-

Primiſſaria ibidem.
Eberſtatt.
Primiſſaria ibidem.
Altare ibidem.
Slierſtatt.
Adeletzheim.
Primiſſaria ibidem.
Vicaria Beatæ Virginis ibidem.
Vicaria Sancti Andreæ ibidem.
Hedgebawr.
Hymſpach.
Oſterburcken.
Primiſſaria ibidem.
Boffsheim.
Getzicken.
Ripperck.

CAPITVLVM CARLSTATT EST VNVS ARCHIDIACONATVS.

Carlſtatt plebania.
Altare ibidem.
Ewſſenheim.
Capella hoſpitalis ibidem.
Primiſſaria ibidem.
Aſchfeld.
Buler.
Goſeltzheim.
Hunsfeld.
Holdrich.
Carſpach.
Primiſſaria ibidem.

Boltz-

Boltzmünſter.
Greüendorff.
Dytolfrode.
Burckſyna.
Ryneck.
Mytelſina.
Awraw.
Goſſaw.
Grünaw.
Mortgars.
Schwartzenfels.
Rannugk.
Stepfritz.
Slüchtern.
Capella Sanctæ Catharinæ ibidem.
Heroltz.
Ditrichshuſſen.
Poppenhuſſen.
Weyers.
Gersfeld.
Heydenhuſſen.
Bruckenau.
Schuntra.
Tulbe Monaſter.
Ertall.
Dyppach. Primiſſaria ibidem.
Eſchenbach.
Hammelburg.
Altare Sanctæ Crucis ibidem.
Vicaria hoſpitalis ibidem.
Vicaria M. Magdal. ibidem.
Vicaria Btæ Virginis in Eccleſia parochiali ibid.

Vicaria B[tæ] Virginis in nova Capella ibidem.
Pfaffenhuffen.
Fuchftadt.
Langendorff.
Elffrichshauffen.
Maldolshuffen.
Trymberg.
Ewrdorff. Primiffaria ibidem.
Grefstal.
Swebrit.
Beyngefanck.
Arnftein. Primiffaria ibidem.
Vicaria in Tüngen.
Gawnheim.
Binfsfeld.
Vicaria in Caftro ibidem.
Vicaria in Suntheim.
Stetten.
Retzftatt. Primiffaria ibidem.
Hochein.
Gundersleben.
Tungersheim.
Retzbach.
Gemünden. Primiffaria ibidem.
Hettenftatt.
Grüffen.
Remlingen. Altare ibidem.
Uttingen.
Helmftatt. Primiffaria ibidem.
Hawffen.
Altertheim.

Wegen-

Wegencken.
Newbrunn.
Urfarkempach.
Reichelsheim.
Dorelſsbawr.
Waltenhuſſen.
Sachſenhuſſen.
Wertheim. Vicaria S. Eltzabeth.
Vicaria S. Georgii.
Vicaria S. Catharinæ.
Vicaria S. Sebaſtiani.
Vicaria S. Nicolai.
Vicaria S. Michaelis.
Vicaria S. Cunegundis.
Vicaria in Caſtro Wertheim.
Vicaria hoſpitalis.
Vicaria S. Johannis Evangeliſtæ.
Vicaria decem mille Martyrum.
Vicaria Sancti Spiritus.
Vicaria Jacobi Zebedei.
Crucis Wertheim. Primiſſaria ibidem.
Haſslach. Primiſſaria ibidem.
Tordingen.
Fanlenbach.
Schönbrunn. Eichel.
Bettingen. Vicaria B. Virg. ibidem.
Triffenfeld. Dyffenthal.
Heydenfeld. Primiſſaria ibidem.
Carbach.
Rottenfels.
Urſprungen.

Bil-

Billingshussen.
Steinfeld. Primissaria ibidem.
Wissenfeld. Primissaria ibidem.
Hoffstetten.
Carlburg.
Malbach.
Lawtenbach.
Himmelstatt.
Zellingen. Altare ibidem.
Primissaria ibidem.
Leynach.
Wernfeld. Primissaria ibidem.

CAPITVLA GEYSA MELLERSTATT ET COBVRG. SVNT TRIA DISTINCTA CAPITVLA ET VNVS ARCHIDIACONATVS.

Capitulum Geysa.

Geysa.
Vicaria ibidem.
Steyta.
Primissaria ibidem.
Thann.
Northeim.
Suntheim.
Katza.
Freytelshussen.
Helmershussen.
Orenshussen.
Fischbach.
Ternbach.

Ro-

Rosa.
Weyler.
Bremen.
Pfersdorff.
Botlar.
Frydewalt.
Schencklengsfeld.
Vicaria ibidem.
Mons Sancti Petri prope Hersfeldiam.
Taffta.
Rastorff.
Eyterfeld.
Hildemanns.
Buchenaw.
Kyrspanshuffen.
Cryspans.
Vicaria ibidem.
Neuenkirchen.
Huna.
Vicaria ibidem.
Hunfeld.
Eschenbach.
Gosshart.
Hoff Bibra.
Margrethenhan.
Geyssmar.
Primissaria ibidem.
Haselstein.
Hiltrichs.
Zeytolfs.
Salmanns.

Sletzen-

Sletzenrode.
More.
Rambach.
Marpach.
Vicaria in Rockenſtul.
Vicaria in Mackenzell.
Vicaria in Steyna.
Vicaria in Roſsbach.
Vicaria in Monſpach.
Primiſſaria in Eychenzell.

Capitulum Mellrichſtatt.

Mellerſtatt.
Vicaria S. Sebaſtiani. } ibidem.
Vicaria M. Magdalenæ. } ibidem.
Vicaria S. Crucis. } ibidem.
Vicaria S. Barbaræ. } ibidem.
Vicaria S. Nicolai. } ibidem.
Vicaria beatæ Virginis. } ibidem.
Vicaria S. Urbani. } ibidem.
Hoſpitale.
Oberſtrew.
Vicaria S. Petri prope Oberſtrew.
Frickenhuſſen.
Nidern Elſpe.
Obern Elſpe.
Urſpringen.
Suntheim.
Northeim.
Primiſſaria ibidem.
Fladungen.

Pri-

Primiſſaria ibidem.
Vicaria ibidem.
Oſtheim.
Primiſſaria ibidem.
Capella in Lichtenberg.
Stogheim.
Primiſſaria ibidem.
Hermannsfeld.
Meyningen.
Primiſſ. ibidem. Vicaria S. Martini. } ibidem.
Vicaria S. Kiliani. } ibidem.
Vicaria S. Nicolai. } ibidem.
Vicaria B. Mariæ Virginis. } ibidem.
Vicaria Sanctæ Crucis.
Vicaria Apoſtolorum.
Vicaria Corporis Chriſti.
Helb prope Meyningen.
Landeswerde.
Bettenhuſſen.
Herpffe.
Waltdorff.
Waſungen.
Primiſſaria ibidem.
Smalkalden.
Vicaria ibidem.
Vicaria S. Nicolai ibidem.
Hoſpitale ibidem.
Steinach unter Haldenberg.
Cella Blaſij.
Sula. Primiſſaria ibidem.
Eberthuſſen.

Pri-

Primiſſaria in Wenshuſſen.
Swartza. Vicaria Adcriſtus.
Kundorff.
Rore.
Oberſtatt.
Mariſſelt.
Theymar. Primiſſaria ibidem.
Vicaria Sta Nothelffer ibidem.
Lütelsdorff.
Eynhawſen.
Lengfelt.
Reüerit.
Vicaria in Fachdorff.
Vicaria in Nidern Maſsfeld.
Rotſenhuſſen.
Gedorff.
Northeim prope Berckach.
Vicaria in Rentwershuſſen.
Bibra.
Primiſſaria in Quiefelt.
Romhilt.
Vicaria S. Catharinæ ibidem.
Primiſſaria ibidem.
Vicaria Apoſtolorum ibidem.
Vicaria fraternitatis Corporis Chriſti.
Alten Romhilt.
Heyn. Primiſſaria ibidem.
Vicaria ibidem.
Berckach.
Hentingen. Vicar. Pet. & Pauli prope Hentingen.

Be-

Beringen.
Menthuſſen.
Irmeltzhuſſen.
Miltz. Primiſſaria ibidem.
Gleichen am Berg. Gich.
Königshoven.
Vicaria S. Sebaſtiani ibidem.
Vicaria S. Nicolai. } ibidem.
Vicaria S. Crucis. } ibidem.
Vicaria S. Johannis. } ibidem.
Vicaria S. Jacobi. } ibidem.
Vicaria Corporis Chriſti. } ibidem.
Major Bartdorff.
Minor Bartdorff.
Vicaria in Sultzdorff.
Merckershuſſen.
Vicaria ad S. Johannem unter Stilperg.
Eyſsfeld. Vicaria in Awe.
Buntdorff.
Primiſſaria in Alſsleuben.
Trapſtatt.
Herbſtatt.
Sultzfeld.

Capitulum Coburg.

Coburg. Vicaria in Monaſterio ibidem.
Vicaria Beatæ Virginis.
Eſevelt. Primiſſaria ibidem.
Vicaria S. Leonardi ibidem.
Hoſpitale ibidem.
Helpurg. Primiſſaria ibidem.

Westhussen.
Sleusungen.
Vicaria S. Kiliani ibidem.
Sesslach.
Primissaria ibidem.
Vicaria ibidem.
Vicaria S. Crucis ibidem.
Hilpurghussen.
Primissaria ibidem.
Primissaria secunda ibidem.
Primissaria Beatæ Virginis nova ibidem.
Duæ Vicariæ ibidem.
Meder.
Primissaria ibidem.
Rotha.
Primissaria ibidem.
Primissaria ibidem secunda.
Schalcken.
Simperg.
Effeltrich.
Ottingshussen.
Eysshawssen.
Garnstatt.
Gawerstatt.
Mugkberg.
Lawter.
Gedem.
Wisenbrunn.
Getingshussen.
Heltungen.
Primissaria ibidem.
Lintenaw.

Grub.

Grub.
Ummerſtatt.
Heiliſtorff.
Ahorn.
Memelstorff.
Steltzen.
Eylſa.
Heſsburg.
Feylsdorff.
Duæ Vicariæ ibidem.
Poppenhuſſen.
Eberstorff.
Burden.
Vechen.
Eſelrieth.
Vicaria in Rawenſtein.
Primiſſaria in nova Civitate.
Vicaria in Monte Ottiliæ ibidem.
Primiſſaria in Strewffdorff.
Geylershuſſen.
Vicaria in Streſenhuſſen.
Vicaria S. Crucis ibidem.
Duæ Vicariæ ad S. Wendelinum.
Vicaria Garlitzers ibidem.
Vicaria S. Urbani ibidem.
Vicaria Apoſtolorum ibidem.
Primiſſaria in Oberlint.
Vicaria Capellæ S. Georgii prope Caſtrum Callenberg.
Sub Parochia Meder 1470.
Vicaria S. Wolffgangi prope Coburg in Capella S. Crucis de Anno 1500.

CAPITVLA OCHSENFVRTH ET MERGENTHEIM SVNT DVO DISTINCTA CAPITVLA ET VNVS ARCHIDIACONATVS.

Capitulum Ochſenfurth.

Sančti Burckardi. Herbipol.
Huchbawr.
Heydingsfeld.
Primiſſaria ibidem.
Primiſſaria Corporis Chriſti ibidem.
Primiſſaria Jodoci ſive Animar. ibidem.
Capella hoſpitalis ibidem.
Vicaria S. Ægidii ibidem.
Guttenberg.
Hattenhuſſen.
Reichenberg.
Lindflur.
Hungershuſſen.
Fuchſtatt.
Superior Sumerahuſſen.
Primiſſaria ibidem.
Winterahuſſen.
Primiſſaria ibidem.
Goſsmannsdorff.
Minor Ochſſenfurt.
Primiſſaria ibidem.
Major Ochſſenfurt.
Vicaria hoſpitalis }
Vicaria S. Catharinæ. } ibidem.
Vicaria S. Johannis }

Vica-

Vicaria S. Nicolai ibidem.
Zeybelrode.
Frickenhuſſen.
Primiſſaria ibidem.
Niedernbreit.
Primiſſaria ibidem.
Segnitz.
Gnottſtatt.
Ehenheim.
Mertesheim.
Hopferſtatt.
Primiſſaria ibidem.
Olingen.
Baldersheim.
Burgrode.
Gelichsheim.
Rietheim.
Aufſtetten.
Rottingen. Primiſſaria.
Vicaria Corporis Chriſti
Vicaria S. Catharinæ
Vicaria S. Petri } ibidem.
Vicaria S. Blaſii
Vicaria S. Johannis
Stalldorff.
Bernsfelden.
Sechſenheim.
Sundernhoven.
Gewerttersheim.
Primiſſaria in Bütthart.
Wittighuſſen.

Primiſſaria ibidem.
Kircheim.
Sultzdorff.
Altersheim.
Herichsheim.
Ewrhuſſen.
Wolchuſſen.
Primiſſaria ibidem.
Gewkönigshoven.
Primiſſaria ibidem.
Ackelshuſſen.
Hoenſtatt.
Tarſtatt.
Eyichsfeld.
Giebelſtatt.
Ingelſtatt.

Capitulum Mergentheim.

Smernbach.
Liental.
Münſter. Primiſſaria ibidem.
Rinderfeld.
Newenbrunn.
Biberern. Primiſſaria ibidem.
Capella Beatæ Virginis ibidem.
Schrotzberg.
Dirpach.
Obernſtetten. Primiſſaria ibidem.
Nidernſtetten. Primiſſaria ibidem.
Capella Beatæ Virginis ibidem.
Capella in Arvewlshuſſen.
Lawtenbach.

Pri-

Primiſſaria ibidem.
Capella Beatæ Virginis ibidem.
Weickersheim.
Capella
Primiſſaria Altaris S. Crucis
Capella in Caſtro
Vicaria in eadem Capella } ibidem.
Vicaria Sanctæ Luciæ
Capella antiquæ Parochiæ
Naſſach.
Primiſſaria ibidem.
Schefftersheim.
Primiſſaria ibidem.
Tawberrettersheim.
Elpersheim.
Marckelsheim.
Ruſelhuſſen.
Pfutzingen.
Primiſſaria in Zimmern.
Lawden. Nova Capella.
Vicaria Beatæ Virginis
Vicaria S. Catharinæ } ibidem.
Primiſſaria
Igersheim. Primiſſaria ibidem.
Wachbach. Primiſſaria ibidem.
Newenkirchen.
Mergentheim.
Hoſpitale ibidem.
Obernlawden.
Heckfeld.
Königshoven.

Primiſſaria ibidem.
Obernbalbach.
Nidernbalbach.
Ottelfingen.
Schüpff.
Primiſſaria Obern Schüpff.
Primiſſaria in Niedern Schüpff.
Sweigern. Primiſſaria ibidem.
Babſtatt.
Wolchingen.
Primiſſaria ibidem.
Vicaria S. Johannis ibidem.
Uffingen.
Philigpant.
Primiſſaria in Althuſſen.
Primiſſaria in Boxberg.
Capella in Caſtro ibidem.
Capella in Angertal.
Medimiſſaria S. Barbaræ in offorio Eccleſiæ parochialis Münſter confirmata 1469.
Primiſſaria ſive Vicaria in Sachſenflur.

SEQVVNTVR BENEFICIA EXEMPTA AB ARCHIDIACONIS.

Plebania in Eccleſia Herbipolenſi.
Sandis.
Hawg.
Bleichach.
Fulda. *)

Mon-

*) Quod oppidum Fuldenſe cum terris cis amnem Fuldam ad Diœçeſin Moguntinam, trans amnem

Montis Flore.
Mittelſtrew.
Biſchoffsheim an der Rone.

In Rotenburg.

Altare trium Regum in Eccleſia parochiali.
Altare S. Leonardi.
Altare S. Andreæ.
Capella S. Michaelis in Cymiterio.
Altare omnium Animarum S. Crucis.
Capella Beatæ Virginis.
Vicaria in eadem Capella nova per Martinum Sporlein dotata.
Capella S. Blaſii. Capella Sancti Leonardi apud Leproſos. 4. novæ.
Vicariæ in Capella antiquæ Synagogæ B. V. M.
In Monaſterio ibidem.
Altare omnium Sanctorum.
Altare Johannis Baptiſtæ.
Altare S. Catharinæ.
Altare Corporis Chriſti.
Capella in Mulbach curata.
Primiſſaria in Mulbach.
Capella in Eberſperg.
Salvatoris in Kreglingen.
Vicaria Corporis Chriſti.
Vicaria S. Johannis Ewangeliſtæ.
Magiſter hoſpitalis in Königshoven im Grabfeld.

nem ad Herbipolenſem pertinuerit in Commentatione Diplomatica octava Diœceſis Moguntinæ in Archidiaconatus diſtinctæ demonſtravimus.

Plebanus in Anwe.
Capella hoſpitalis in Anwe.
Capella in Rotenfels.
Capella Beatæ Virginis in Haſsfurt ſunt duo Beneficia.
Capella in Ebersbach curata.
Capella Beatæ Virginis in Eberspach in der Ried nova.
Prædicatura in Weſtheim.
Capella in Brauneck.
Capella in Regelberg.
Capella in Landeswerde curata.

In Herbipoli.

Capella Sancti Andreæ.
Capella in Curia Oſternach.
Capella in Graweneckars.
Capella S. Uldarici.
Capella Probſt Gerlach.
Capella Beatæ Virginis in foro Judæorum.
Altare Sancti Ægidii in Eccleſia Herbipolenſi.

In Buchilt.

Eccleſia parochialis.
Capella. S. Nicolai extra Villam Buchilt.
Altare trium Regum in Villa Buchilt.
Capella Beatæ Virginis Mariæ in Villa Buchilt.

In Caſtro Hohenberg.

Vicaria S. Catharinæ.
Vicaria trium Regum.
Vicaria S. Crucis.

Exem-

Exempt. in Monaſterio Kitzingen.
Vicaria S. Andreæ.
Vicaria S. Catharinæ.
Vicaria Sanctæ Elzabeth.
Primiſſaria.
Capella hoſpitalis ibidem.
Plebania in Altenſtein.
Primiſſaria ibidem.
Vicaria.
Plebania in Caſtro Sweinshewbten.
Vicaria in Caſtro Rughen.
Vicaria in Findelberg.
Vicaria in Rempelsdorff.
Geſtingshuſſen.
Capella in Reichenberg.
Boppenhauſſen.
Vicaria in Helb.

Plebania in { Aſcha. Burckenrode. Stangenrode. Gerrode. Walpach. }

Baſthemi Plebania.
Leofels Capellania.
Eccleſia parochialis in Sultz cum Capella ſibi annexa Tanpuhel.
Vicaria Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum in Monaſterio Sanctimonialium in Gnadental.
Vicaria Altaris Sancti Johannis in Monaſterio Sanctimonialium Wechterswinckel.

DIPLO-

DIPLOMATARIVM MONASTERII RAVENGIRSBVRG.

An. MLXXIV. tertio nonas Maji *Sigefridus* Archi-Episcopus Mog. fundationem monasterii *Ravengirsburg* *) a Bertholdo Comite et ejus uxore Hadewig **) pro Fratribus qui in communi viverent & Deo religiose inservirent, pia liberalitate factam confirmavit.

CXLII. b.)

OTTO REX CVIDAM RABANGAR DONAT MANCIPIA.

In nomine sancte et Individue Trinitatis. *Otto* Divina propiciante clemencia Rex. Noverint omnes fideles nostri; presentes scilicet et futuri, qualiter Nos per interventum *Ymmonis* nostri Comitis cuidam

*) *Ravengirsburg* in programmate, quo ad jubilæum septem Sæculis a fundatione transactis hoc anno celebrandum fuit invitatum, *Castrum Ravangeri*, tum ex traditione tum ex loci situ et nomine instructi compellavimus. Confer. Dipl. sequens CXLII.

**) *Hadewig*. Joannis Tom. I. Rer. Mog. pag. 511. Conjugem *Bertholdi* erronee nominat *Sophiam*. Neque e Diplomate fundationis a Gudenus Tom. I. pag. 377. allato nec aliunde discimus, quod *Bertholdus* fuerit Comes Sponheimensis, ut Joannis l. c. asseverat.

dam fideli noſtro *Rabangar* *) nuncupato quedam noſtra propria mancipia in proprium conceſſimus *Dunzonenem* videlicet fratresque ejus et filios eorum. Juſſimus quoque inde hoc preſens preceptum conſcribi, per quod volumus firmiter et jubemus ut memoratus *Rabangar* de hiis mancipiis noſtro dono ſibi in proprium conceſſis ammodo et deinceps omni tempore liberrimam teneat poteſtatem, quicquid ſibi placuerit exinde faciendi. Et ut hec auctoritas noſtra firma perduret manu noſtra firmavimus annuloque noſtro inſigniri juſſimus & ſignum Dñi *Ottonis* inviĉtiſſimi Regis *Bruni* Cancellarius ad vicem *Friderici* Archi Cappellani recognovimus. Data Jd. Maji Anno Incarnationis Dñi DCCCCXLV. Indiĉtione ſecunda Regnante *Ottone* pio Rege Anno VIIII. Actum *Duisburg* in Domino Amen.

Praeſens Diploma e chartario Ravengirsburgenſi deſumpſimus cum aliis uſque ad numerum CCVI. Ea que ſuperſunt, dabimus alibi.

CXLIII.

OTTO IMP. BERNHOHO FIDELI SVO CVRTEM *DONNISSA* DONAT.

In nomine ſancte & Individue Trinitatis. *Otto* Divina favente Clemencia Imperator Auguſtus Omni-

*) Prædii cujusdam Ravangeri in pago Nahgouue meminit Scheid Orig. Guelf. T. IV. pag. 292. et Schannat Hiſt. Worm. part. II. pag. 20.

omnibus nostris fidelibus presentibus scilicet atque futuris notum esse volumus, quomodo nos ob petitionem Reverendissimi Pape *Gregorii* aliorumque fidelium nostrorum dilecte sororis nostre *Sophie Hilldibaldi* honorandi Presulis & *Eggihardi* Marchionis cuidam fideli nostro *Bernhobo* curtem unam *Donnissa* nominatam in pago *Nacgouue* vocitato ac comitatu Emichonis Comitis sita atque eandem curtem cum omnibus pertinentibus suis hoc est in mancipiis utriusque sexus, areis, edificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, forestis, venationibus, aquis aquarumve decursibus piscationibus molendinis viis & inviis exitibus & reditibus, quesitis & inquirendis cunctisque aliis appendiciis que adhuc dici inveniri aut nominari possunt ei in proprium donamus, ea videlicet racione ut predictus *Bernhob* noster fidelis de prefata proprietate sibi a nobis tradita liberam dehinc faciendi quod velit potestatem habeat, sive eam tradere vel commutare aut vendere seu magis sibi retinere voluerit. Et ut hec nostra Imperialis donacio nunc & in futuro firma consistat hoc preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signare jussimus manuque propria ut infra videtur corroboravimus *) . . . .

CXXIV.

*) *Freherus Orig. Palat. part. 2. pag.* 47. vidit, *ait* inter alia instrumenta monasterii *Ravengerspurg* authenticum Diploma Ottonis III. quo proprietatis suæ prædium *Domnissam* in Comitatu Emichonis situm Becilino cuidam donat. Data est

CXLIV.

DONATIO ECCLESIAE IN MENGERS-RODT FACTA AB ORDINARIO CONFIRMATVR.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego *Sifridus* repropitiante clementia ſancte Moguntine ſedis Archi-Epiſcopus notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus qualiter Illuſtris quedam matrona nomine *Friderum* videlicet noſtra conſanguinea deſtituta viro, orbata filiis pro remedio anime ſue & mariti ſui Stephani vel omnium ſuorum anteceſſorum eccleſiam in *Mengezerodt* in honore ſancte Trinitatis & ſanctorum Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi* virginisque ſanctiſſime *Walburgis* conſtruxerit ipſamque ex proprietatis jure uno man-

eſt charta XIII. Kal. Dec. Anno Dom. Incarn. DCCCXCV. Indict. VIII. anno autem Tertii Ottonis regnantis XII. actum Aquisgrani Palatio. Exterius vero inſcriptum: *Scriptum* ſuper *Dunneſa*. In alia itidem; *De Denſen littera Ottonis Regis*. Ut dubium nullum ſit, eſſe illam ipſam Auſonii verſibus nobilitatam, *Dumniſſum* arentem ſitientibus undique terris. Nam & in eo unicus isque modicus fons eſt & circumquaque magna aquæ etiam pecori potabilis penuria; & ſubin reperta ibi rudera veterum ædificiorum, effoſſa numismata, fragmina cruſtarum & columnarum antiquitatem loci utcumque nomen retinentis (hodie *Denſen*) ſatis aſſerunt. Quamvis fama ejus deinceps obſcurata fuerit Kirchbergæ nomine poſito in colle imminenti oppido inſigni & arce.

manſo vel quibusdam mancipiis ſcilicet *Gerbardo Richa*, *Wolfard*, *Imicha*, *Fromada*, ſancto *Criſtofero* in *Revengerſsburch* liberali manu traditam dotaverit; Deinde prefata *Friderum* memor humane cupiditatis nequam predicti Martiris ecclesia in poſterum pateretur injuriam aſſumpto Revengerſsburgenſi Prepoſito *Tyzelino* noſtram adiit preſentiam ad confirmandam talem donationem noſtram expoſcens auctoritatem. Nos itaque coram Eccleſie noſtre prelatis totiusque plebis capitibus confirmamus fratribus in *Revengerſsburch* ſupradicte Eccleſie donationem auctoritate Dei & Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & Domini noſtri Pape *Innocentii* *) & noſtra. Ut ergo hec omnia rata & in convulſa habeantur, cartham hanc conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus teſtibus ſubternotatis. In quorum preſentia hec confirmata ſunt. *Adelbertus* Major Prepoſitus, *Hartmannus* Decanus, *Ceizolphus* Comes, *Emicho* Comes, *Ludwicus* Comes. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis Milleſimo . . . . . . regnante *Henrico* Romanorum Imperatore hujus nominis IIII.

CXLV.

*) Sifrido I. regnante nec Innocentius Pontifex occurrit, neque Adelbertus Major Præpoſitus. In primo corrigendum in altero ſupplendum eſt. Videantur Elenchi Prælatorum Eccleſiæ Majoris.

CXLV.

CONSECRATIO ET DOTATIO CAPELLÆ IN ENCKERICH.

In nomine ſancte & Individue Trinitatis. Ego *Albero* ſancte Treverenſis Eccleſie Archi Epiſcopus ad noticiam tam futurorum quam preſencium preſenti ſcripto reducimus, qualiter peticione *Wezelini* Prepoſiti in *Ravengirsburch* & fratrum ejusdem Eccleſie capellam curie eorum in *Enchricha* dedicavimus videlicet in honorem ſancte & Individue Trinitatis & ſancte *Marie* Virginis & Sancti Michaelis Archangeli ejusdem capelle patroni. Habitatores autem predicte ville eidem dedicationi congratulantes de communi proprietate eorum eandem capellam dotaverunt ea videlicet hereditate que ſita eſt inter curiam & ripam que vocatur Aigenza in tanto ſpatio, quantum deſcenſus ab utroque latere Curie comprehendit. Nos autem eandem donationem noſtra auctoritate & excommunicationis ſtabilitate firmavimus adhibita ſigilli noſtri impreſſione & teſtibus ſubter notatis. Aderant autem meliores ejusdem ville *Giſelbertus*, *Aichixin*, *Burchart*, *Ronez*, *Symon*, advocatus, *Udo*, *Amelbret*, *Sefreck*, *Sefreck*, *Berenger*, *Cherbart*, *Albero*, *Berfreck*, *Gerlach*, *Ribelinc*, *Bruninc*, *Wezelinus* vero Prepoſitus cum ſuis fratribus eorum pium affectum circa Eccleſiam attendentes pro impenſa & impendenda benevolentia talem recompenſationem ſibi & poſteris eorum fieri decreverunt ut omni ſecunda feria memoria eorum

cum missa defunctorum agatur & proximo die post festum Sancti Martini anniversarius benefactorum eorum in *Enckricha* plenissime celebretur. Hec acta sunt Anno Dominice Incarnationis MCXXV. *)

CXLVI.

CONCAMBIVM CVM MONASTERIO RAVENGIRSBVRG PRO DILATANDO CEMITERIO IN ENCKERICH.

Ego *Wezelinus* dictus Prepositus in *Revengirsburg* notum facio tam presenti quam future etati, concambium inter nos & habitatores ville in *Enckericha* tali tenore compositum, siquidem cimiterium eorum nimis artum, cum multitudini ejusdem ville non sufficeret, communem semitam que per curiam nostram ad ripam vergebat, nobis mutuaverunt & in commutationem ad dilatandum cimiterium ipsorum de principali vinea nostra que dicitur plentre spacium decem millium pedum ad mensuram cujusdam *Berengeri* receperunt, ne autem predicta commutatio oblivione deleretur, eam presenti Scripto & testibus adnotatis firmavimus. Aderant autem *Eppo*, *Rudolck*, *Amelbret*, *Bruninck*, *Eberhart*, *Burckart*, *Gerlach*, *Ribelinc*, *Albero*, *Berfert* & reliqua multitudo ejusdem ville.

CXLVII.

*) Error in anno est, nam Albero Anno MCXXXI. factus est Treverorum Archi Episcopus usque ad annum MCLI. superstes. conf. Browerus in Annal. Trevir.

CXLVII.

CONFIRMATIO ADELBERTI MOG ARCHIEP. SVPER ECCLESIA ET BONIS IN HONREIN &c.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Ego *Albertus* Dei Gratia Moguntine ſedis Archi Epiſcopus & Apoſtolice ſedis Legatus notum eſſe volumus qualiter noſtris temporibus matrona quedam *Gertrudis* ſcilicet de *Honrein* legalis vidua cum filia ſua *Albrata* & ſe & ſua Eccleſie Sancti *Chriſtoferi* in *Revengerſſburch* Francorum jure tradidit, ſiquidem cum marito ſuo *Burchardo* libero eque viro viduata eſſet ipſa cum prefata filia que omnium liberorum ejus ſola ſuperſtes ſolaque totius patrimonij legitima heres erat pro remedio anime ſue & pro requie anime viri ſui & liberorum ſuorum nec non & anteceſſorum omnia que in ſubſcriptis villis habebat ſcilicet *Honrein*, *Bubbach*, *Scuppe*, *Vancle* ſimul & dimidietatem doni Eccleſie que in eadem villa *Honrein* ſita eſt abſque omni contradictione libere & ſine advocato contradidit prefate Eccleſie & ſic jbidem tam ſe quam filiam pro ſpe celeſtium includi rogavit & impetravit, Homines eciam ſue familie utriuſque ſexus optimo jure quod ulla eiusdem Eccleſie familia habere noſcitur illo contradidit. Volumus hoc eciam ad noticiam fidelium adducere quod miles quidam *Emicho* ſcilicet de *Walbach* & ipſe quidem liber divina inſpiratione compunctus militaribus armis depoſitis ſeculoque abdicato ad ſpiritualem militiam clericalem-

que tonsuram & habitũ in prefatum monasterium videlicet *Revengersburch* se transtulit & predia que in villis *Runeswilre* & *Bubbach* habuit cum adhuc lege fori uteretur absque omni contradictione eo delegavit. Horum itaque omnium donationem collaudantes confirmamus & auctoritate Apostolorum *Petri* & *Pauli* & Domini Pape & nostra & totius Katholice Ecclesie ne quis ullo modo vel ullo malo ingenio aliquid sibi inde usurpare vel subripere ecclesie audeat sub perpetuo anathemate interdicimus. ut ergo hec omnia rata & inconvulsa habeantur & custodiantur, chartam hanc de hijs conscribi & sigilli nostri impressione signari jussimus testibus subnotatis in quorum presentia hec confirmata sunt. *Henricus* major Prepositus. *Hartmannus* Decanus. *Gossbertus* Cantor. *Henricus* Prepositus. *Godescalcus*. *Adelbardus*. *Arnoldus* urbis Prefectus. *Emicho* comes. *Gerlacus*. *Emicho*. *Reinbertus*. *Giselbertus*. *Ruthardus* & alij multi. Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXXV. Regnante *Lothario* Romanorum Augusto hujus nominis III.

In hoc diplomate prima visuntur vestigia monasterii monialium in Ravengirsburg.

CXLVIII.

LITTERA SVPER MONTEM SANCTI CRISTOFERI IN MONTZECHEN.

In nomine sancte & Individue Trinitatis. Ego *Henricus* Dei gratia Moguntine sedis Archi

Episco-

Episcopus notum facimus tam futuris quam presentibus, qualiter habitatores pagi qui dicitur *Moncecha* hoc modo remedium animabus suis providerunt, siquidem cum montem quemdam mutue hereditatis sorte communem minusque sibi utilem haberent, utpote incultum densisque fruticibus superficietenus horridum, hunc Ecclesie beati Martiris *Cristoferi* in *Ravengersburg* tradiderunt quem ipsius cenobij fratres extirpata silva palmitibus insertis viniferum facere decreverunt, coloni vero supradicti vici sancti *Cristoferi* montem appellaverunt, Fratres autem prefate Ecclesie illorum beneficentie aliquam spiritualis vicissitudinis gratiam in suis continuis orationibus & cottidianis precum supplicationibus haberi statuerunt. Nos itaque & illorum bone voluntati & Ecclesie congratulantes utilitati ut firma & inconvulsa utriusque partis causa in eternum permaneat, scribi hec & sigilli nostri impressione muniri fecimus. Insuper auctoritate Dei omnipotentis beati *Petri* Apostoli Domini Pape *Eugenii* & nostra precipientes ne quis mortalium hec infirmare profanare & perturbare presumat, ne Dei Suique Martiris *Cristoferi* offensam incurrens districtam futuri judicii sententiam cum impiis damnandis damnandus & ipse accipiat. Testes horum sunt hij *Embricho* Majoris Ecclesie Canonicus, *Cuno* prefate ville advocatus, *Rutherus. Sigebodo. Franco. Wilhelmus. Reginbertus. Berolt. Elbericus. Otto. Bernewin. Libhart. Wolpero. Weneman. Cunradus. Rudolfus. Rudenger. Henricus. Sigebolt. Arnolt.*

 Theo-

Theodericus. Gerwin. Gozebrecht. Ibielwin. Adelbero. Gerlach. Lamprecht. Godebolt & totius ville inhabitantes. Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis M° C. XLVIII.

CXLIX.

CONFIRMATIO FRIDERICI IMP. SUPER ECCLESIA IN HONREIN &c.

In nomine sancte & Individue Trinitatis. Ego *Fridericus* Dei gratia Romanorum Imperator Augustus notum esse volumus qualiter matrona quedam *Gertrudis* nomine de *Honrein* legalis vidua cum filia sua *Albrada* se & sua Ecclesie sancti *Cristoferi* in *Revengeresburch* Francorum jure tradidit, siquidem cum marito suo *Burchardo* libero eque viro viduata esset ipsa cum prefata filia que omnium liberorum ejus sola superstes solaque totius patrimonii legitima heres erat, pro remedio anime sue & pro requie anime viri sui & liberorum suorum nec non & antecessorum omnia que in subscriptis villis habebat scilicet *Honrein*, *Buppach*, *Scuppa*, *Vankele* simul & dimidietatem doni Ecclesie que in eadem villa *Honrein* sita est absque omni contradictione libere & absque dominatu laicalis advocati contradidit prefate Ecclesie & sic ibidem tam se quam filiam pro spe celestium includi rogavit & impetravit, homines etiam sue familie utriusque sexus optimo jure quod ulla ejusdem ecclesie familia habere noscitur illo contradidit. Harum rerum

rum donationem collaudantes confirmamus & auctoritate Summi Regis Dei & noſtra Imperiali ne quis ullo modo vel malo ingenio aliquid ſibi inde uſurpare vel ſubripere Eccleſie vel advocaciam ipſarum rerum vel hominum ſibi vendicare preſumat Imperiali & Auguſtali ut diximus auctoritate omnimodis interdicimus. Nos enim dilectos fratres jure defenſamus quia ipſorum precibus nos in preſenti & futura vita proſperari confidimus. Si quis autem reprobus a fide chriſti excidens contra hec noſtra Imperialia ſcripta facere temptaverit, non ſolum divinā ſed & noſtram indignationem patietur & in futuro cum capite ſuo dyabolo eternis penis ſubicietur. Ut ergo hec omnia rata & inconvulſa habeantur & cuſtodiantur, cartam hanc de hiis conſcribi & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus teſtibus ſubternotatis in quorum preſentia hec confirmata ſunt. *Henricus* Dux Bavarie & ſaxonie *Ludowicus* Lantgravius *Fridericus* Dux de *Stoupha Marquardus* de *Grambach*, *Wernenus* de *Bonlant*, *Cono* de *Minceberg Conradus* de *Boppardia* & alii quam plures. Ego *Chriſtianus* Imperialis curie Cancellarius & Moguntine ſedis Electus recognovi. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLXVI. Indictione XIIII. Regnante Dño *Friderico* Romanorum Imperatore Glorioſiſſimo anno Regni ejus XIII. Imperii vero XI. feliciter Amen. Datum apud *Franckenfort* V. Kalendas junii.

CL.

CVRTIS ET BONA RAVENGIRSBVRGENSIVM IN DIEPACH ET MANNENBACH PRONVNCIANTVR SVB CERTO MODO LIBERA.

Nos *Conradus* Dei Gratia Comes Palatinus Reni omnibus & ſingulis ad quos preſentes littere pervenerint cupimus eſſe notum quod cum curtis & bona monaſterii ſancti *Criſtofferi* in *Revengyrſsburgk* apud villas noſtras *Diepach* & *Mannenbach* ſita de manu illuſtris *Bertholdi* comitis fundatoris dicti monaſterii ad ipſum monaſterium dinoſcantur jure liberrimo devoluta, immo etiam jure pleno ſibi ſalvo tam in aquis & paſcuis, quam in viis & inviis, ſilvis & nemoribus villarum noſtrarum predictarum quoad omnes uſus curtis & bonorum eorundem religioſi viri Prepoſitus & conventus monaſterii prefati curtem ipſam & bona contribucioni annue precarie univerſitati dictarum villarum noſtrarum ab antiquo impoſite ad alleviandum eis onus hujusmodi per hoc non ſolum dicte univerſitati ſed nobis & noſtris heredibus complacere ſperantes ſub certa ſumma quatuor marcarum denariorum voluntate ſpontanea ſubmiſerunt tali condicione quod ſi quid de curte & bonis hiis alienari contigerit in futurum, ſi fuerit in valore unius marce duos denarios portabit dicte precarie ab hujusmodi alienati poſſeſſore quocumque in antea exiſtente ſive nobilis ſive alterius conditionis extiterit ammodo perſolvendos, curti vero & bonis

pre-

predictis de summa quatuor marcarum prefatarum in perpetuum defalcandos, eodem modo de reliquis que alienari contigerit observando proportionaliter, necnon duobus denariis Treverensibus vel altera moneta equivalente pro tempore computandis pro denario quolibet de predictis, Nos autem Comes Palatinus prefatus considerantes in premissis dictorum Religiosorum affectuosam circa nostra & nostrorum beneplacita voluntatem & précipue favorem monasteriis impensum Deo fore acceptabilem intuentes, ipsum monasterium cum omnibus suis in nostram & heredum nostrorum protectionem perpetuam assumpsimus bona fide. Veruntamen quamvis itaque nos & nostri heredes nostrique & eorum officiati ac tota universitas terre nostre dictum monasterium in personis & rebus debeamus de cetero fideliter defensare, universitas tamen villarum *Diepach* & *Manninbach* predictarum ratione contribucionis prenotate dabit ad hoc & maxime ad conservationem juris & libertatis curtis & bonorum prefatorum operam pre aliis ampliorem etiam contra omnem hominem dictis juri & libertati contrarium facientem, ad quod se dicta universitas sponte astringit pro se & suis successoribus omnibus fide corporali dictis Religiosis loco juramenti prestita coram nobis, dicta enim curtis & bona in omnibus aliis preter contribucionem memoratam libera sunt penitus & exempta, ita quod etiam nobis & nostris heredibus nec non dictarum villarum Diepach & Manninbach universitati, excepta duntaxat contribucione eadem, ni-

chil juris ſeu poteſtatis cujuscumque competit in eiſdem ac in eorum incrementis emolumentis & proventibus univerſis nec non in dicte Curtis incolinis, familia, jumentis, vecturis, hoſpitationibus ac rebus aliis quibuscunque. Ne igitur juri & libertati hujusmodi per aliquem mortalium in poſterum aliqualiter derogetur, dictam curtem & bona in noſtre & heredum noſtrorum protectionis & pacis gratiam recepimus ſpecialem dantes eiſdem religioſis preſentes litteras ſuper jure & libertate predictis ac ſuper omnibus premiſſis noſtri ſigilli appenſione firmiter roboratas. Acta ſunt hec preſentibus una cum ſpectabili Comitiſſa Palatina *Irmindrude* noſtra conjuge legittima teſtibus ſubnotatis, *Henrico* Dapifero noſtro, *Henrico* de *Dikke*, *Dudone* de *Lorch*, *Friderico* de *Kerebergk* Eccleſiaſtico de *Bacharaco* Eccleſiaſtico de *Diepach* & aliis quam pluribus fide dignis. Datum Anno Domini M. C. XC. Kalendis Aprilis in Caſtro noſtro *Stalekinn.*

CLI.

ECCLESIA IN MENGERSSRODT AB INVASIONIBVS FOLCKERI MILITIS LIBERATVR.

H*enricus* Decanus, *Godfridus* Cantor, *Fridericus* de *Dikke* & *Henricus Rufus* Majoris Eccleſie Moguntine canonici, *Richardus* Decanus ſancti *Stephani*, *Werenboldus* Prepoſitus in *Flonheym*

heym Gerhardus Archipresbiter in *Bekkelenheym Godfridus* plebanus Sancti *Quintini* & *Conradus* miles in *Swanheheym* ante constare volumus tam futuris quam presentibus christi fidelibus ad quos presens Scriptum pervenerit, quod dum *Folckerus* miles ecclesiam in villa *Mengersrodt* prebende fratrum in *Revengersburch* pertinentem frequentius invaderet censuale jus in ea sibi vendicans & occasionem pretendens quod anno quolibet de XII. nummis in festo Sancte *Walpurgis* servicium inde percipere deberet, tandem ad fratrum querimoniam excommunicationem incidit, sed ut Ecclesie reconciliandus veniam mereretur, consilio nostro demum se supposuit, ipsi quoque fratres nostro se submiserunt arbitrio utrimque ratum habituri quidquid inter ipsos & militem statuerimus servandum. De nostra itaque ordinatione fratribus & militi de pace convenit ita quod osculo pacis federati sunt milite fideliter promittente, quod fratribus in posterum pacem in suis servaret decimis, Dum etiam nobis adicientibus quod fratres Ecclesiam prefatam ea quiete, qua usque ad tempora militis illam possederant de cetero possiderent, miles renitens promisit se probaturum quod rationabiliter memoratum censum receperit & recipere deberet, fratribus vero in contrarium asserentibus & quod militi quoad Ecclesiam sepe dictam in nullo tenerentur affirmantibus, miles veritatis sue testem sui ipsius patruum *Theodericum* de *Dunen* se producturum promisit hoc sub districto ut si pollicito non staret in causa deficeret &

huic

huic promissioni exequende diem assignavit, fratres in eo convenerunt, quod quicquid patruus militis super hiis que vertebantur veraciter & juramento astrueret in eo consentientes illud firmum haberent, prestolantibus igitur fratribus & Preposito de *Flonheim* & *Gerhardo* de *Beckelenheym* promissum a milite diem miles ad diem nec comparuit nec patruum produxit, unde cum juxta partium transactionem istam a lite milite cadente fratres in causa dinoscantur obtinuisse sanum & utile visum est nobis & fratribus expedire quod transactionis hujus ordo scripti nostri muniretur testimonio, hac siquidem ratione fratribus in hac causa sua testimonium perhibentes presentem eis paginam majoris Ecclesie Maguntine sigillo roboratam contradidimus . . . . .

CLII.

LIBERTAS CVRTIS ET BONORVM R. IN ENCKERICH CONFIRMATVR.

Nos *johannes* Dei gratia Comes de *Spaynheym* ad omnium & singulorum tam modernorum quam posterorum noticiam cupimus pervenire, quod cum curtis & bona Sancti *Cristofferi* monasterii in *Ravengirsburg* in villa nostra *Enckerich* & terminis ejus sita omnia & singula fungantur speciali prerogativa libertatis ita quod etiam nobis & nostris heredibus universitati quoque ville nostre *Enckerich* predicte seu cuicumque alteri nichil juris seu potestatis ullo modo competit in eisdem,

dem, nec non in eorum incrementis emolumentis & proventibus universis ac in dicte curtis hospitiis incolinis pro tempore existentibus, jumentis, vecturis ac rebus aliis quibuscumque, eo quod eadem curtis & bona sicut & curtis & bona apud *Ryele* sita dicti monasterii eciam existencia pari quidem jure & libertate fulta de manu gloriosi comitis *Bertholdi* pie memorie ad ipsum monasterium fundatum ab illo dinoscuntur jure liberrimo tradita & translata, immo eciam jure pleno sibi salvo tam in aquis & pascuis quam in viis & inviis, silvis & nemoribus villarum earumdem quo ad omnem utilitatem curtium & bonorum prefatorum, sicut non solum per nos scimus sed & ex proborum virorum infra scriptorum testimonio accepimus fide digno, nos attendentes qui monasteria non construunt sed tamen pro posse ea favent & promovent, participes eos fieri omnium bonorum operum que inibi peraguntur, ne contra jus & libertatem hujusmodi per aliquem hominum imposterum valeat occasio inveniri prefatis Religiosis ejusdem monasterii juri ac libertati caute eam adhibere curantes discreto viro *Henrico* Preposito & conventui ipsius monasterii rogantibus super jure ac libertate premissis presentes litteras dedimus nostri sigilli appensione firmatas in testimonium omnium premissorum. Nomina autem testium sunt hec, *Retherus*, *Hermannus* de *ripa*, *Volckerus*, *Everhardus* de *Odinbach*, *Fridericus* de *Dylle*, *Hermannus Beheimer*, *Godefridus Grauel*, *Hermannus Crobe* milites *Danihel* pastor Ecclesie in *Encke-*

Enckerich, *johannes ſtrupbauer*, *Ingetrandus* de *Kere*, *Godefridus* templarius, *Gozewinus* dapifer noſter, *Henricus* Centurio in *Enckerich Theodoricus begenot Godefridus* & *johannes Moltze* Scabini in *Enckerich*. Datum Anno Dñi M° CC° XXXIX. in vigilia *ſymonis & jude*.

Idem diploma paucis mutatis legitur in Act. Academ. Theodoro-Palat. Tom. III. pag. 102.

CLIII.

LITTERA CVRIE DE MONTZECHEN.

Nos *Emicho* Comes ſilveſter ad notitiam omnium cupimus pervenire quod *Bertrammus* & ejus legitima homines noſtri de *Montzecha* curie ſite ibidem, quam a Domino Prepoſito & Conventu de *Revengerſsburg* poſſidebant & omnibus bonis de novo ſive antiquo curie attinentibus cum omni jure quod in eadem curia ſive de facto ſive de Gratia habebant receptis tribus talentis Treverenſibus a prefato Prepoſito preciſe & ſimpliciter abrenuntiaverunt predicta omnia bona libere reſignanda. Idem tamen Prepoſitus precibus noſtris & propria motus benignitate ſe dictam curiam cum ſuis attinentiis *Arnoldo* filio prenominati *Bertrammi* colendam conceſſit ſub hac tamen forma ut idem *Arnoldus* in eadem curia ſive in domo in horreo in ſepibus ſive in torculari vel in aliis quibuscumque competenter reedificet reedificanda & reno-

renovet renovanda & debite colet colenda. Preterea idem *Arnoldus* singulis annis quibus eadem bona possederit, unum jugerum vinee sive agri curie attinentis promisit fimo competenter stercorandum sub hac pena ut si idem in premissis negligens exstiterit vel per ipsum secus actum fuerit, ipsa curia cum omnibus suis attinentiis prelibato Dño Preposito & ejus Conventui libere vacabit & pro pena negligencie idem Ar. ipsis ad decem talentorum Treverensium, quorum nos fidejussorem constituimus, tenebitur persolutionem. Hujus rei testes sunt & interfuerunt *Wylhelmus & Johannes* Domini de *Hentzenberg Ludolfus* de *Smiedberg*, *God.* dictus *Ungeroth* & quam plures alii fide digni. Actum Anno Domini M° CC. LXV. mense Maji.

CLIV.

BONA IN RAVNEN TRADITA MONASTERIO RAVENGIRSBVRGENSI.

Nos *Emicho* Comes Silvester *Theodericus* Prepositus & Conventus Ecclesie in *Revengersburg* singulis & universis hoc presens Scriptum visuris notum facimus & tenore presencium protestamur, quod Dominus *Isenhardus* de *Rune* Canonicus Majoris Ecclesie Mogunt. & *Mechtildis* ancilla sua unanimi consilio bona *Rudolphi & Henrici* dicti ferini fratrum & bona *Henrici* dicti *Volneris* cum attinentiis utraque in Rune sita de qui-

bus

bus nichil nisi libra cere de orte ejusdem *J.* ecclesie in *Rune* annuatim persolvent ad cereum paschalem pro remedio animarum suarum & anime *Henrici* filii eorum Ecclesie in *Revengersburg* contulerunt in hunc modum, quod si predictum *J.* primo decedere contigerit, predicta *M.* dicta bona diebus vite sue sibi reservabit que si prefata bona inopia vel infirmitate, quod absit, interveniente colere vel procurare non potuerit, Prepositus & Conventus dicte Ecclesie dicta bona cum attinentiis memorate Ecclesie in *Revengerssburg* liberaliter cedent quiete possidenda pro quo Idem *J.* sepulturam in dicta Ecclesia scilicet *Revengerssburg* & aliis amicis sibi concedi peciit & impetravit. ut hec rata permaneant, hoc presens scriptum Sigillorum nostrorum munimine una nobiscum & dicti J. duximus roborandum. Datum Anno Dñi M. CC. LXX primo *Petri & Pauli* Apostolorum.

CLV.

DE ECCLESIA IN HORHEN.

Nos *Theodericus* Dei Gratia Prepositus Ecclesie in *Revengerssburch* de consensu capituli nostri *Willelmus & johannes* milites de *Waldeck Henricus* miles de *Randeck & Udo* miles de *Dalburg* nec non universi eorundem coheredes constare volumus presentium inspectoribus & Auditoribus universis quod omnis controversia sive discordia

que

que inter nos Prepositum & Conventum nostrum ex una parte & predictos heredes ex altera super jure patronatus sive collatione Ecclesie de *Horben* vertebatur accedente consensu & voluntate Archidyaconi loci in hunc modum ad pacis concordiam est reformata ita videlicet quod nos Prepositus predictus nostro & Capituli nostri nomine ad dictam Ecclesiam cum ipsam vacare contigerit una vice quemcunque voluerimus presentabimus & altera vice predicti milites de *Waldeck* de *Dalburg* & eorum coheredes ita quod vicissim & alternis vicibus prout predictum est presentemus. Ut hec rata & inconvulsa permaneant, hoc presens scriptum Venerabilis viri Dñi *Henrici* de *Bolandia* Archidiaconi Treverensis *Gerardi* Decani Cristianitatis de *Enckerich Theoderici* Prepositi & *Ph.* predictorum *Friderici* Decani sanctorum Apostolorum Colon. *Wilhelmi* & *johannis* militum de *Waldeck* predictorum & *Hertwini* militis de *Winningen Udonis* de *Dalburg* Consanguinei sui & heredum suorum nomine sigillorum munimine duximus roborandum. Datum Anno Dñi M° CC LXXV.to In Crastino Purificationis beate *Marie* Virginis.

CLVI.

LITTERA DE FREYSE ET DE SILVA JUXTA SENNSBACH.

Noverint presencium inspectores & auditores universi, quod nos *Eynolfus* Dei Gratia Ab-

bas Prior totusque conventus monasterii in *Bliden-stat* Mog. Dyoc. unanimi consilio & bona voluntate nec non manumissione renunciamus singulis & universis bonis nostris in villa *Freysen* vel ejus terminis sitis nobis & monasterio nostro jure proprietario attinentibus scilicet *Hereberto* milite de *Schaleiden* in feodo sive homagio a nobis concessis. Insuper recognoscimus tenore presencium publice protestando, dictum *H.* una de consensu *Mechtildis* collateralis sue legitime dicta bona honorabilibus viris Dño *Theoderico* Preposito & conventui monasterii de *Revengersburg* Mog. Dioc. vice & loco proprietatis & libertatis accedente nostro consensu communi & manumissione vendidisse, eo itaque jure & utilitate quod vel quam idem *H* in ipsis bonis a nobis advocati nomine habebat in solutione videlicet aliqualis avene cujusdam summe pecunie, anserum, caponum & pullorum nec non omnium emendarum cedentium ex placitorum ratione prout loci dictaverit jus juramento mediante. Ut hec rata & inconvulsa in perpetuum permaneant & custodiantur, presentes litteras predictis Dño *Th.* Preposito & Conventui Ecclesie memorate nostrorum videlicet *Ey.* Abbatis & Conventus monasterii predicti sigillorum munimine dedimus communitas. Datum Anno Dñi M. CC. LXXVto octavas beati *Martini* Episcopi.

CLXII.

CLVII.

CVRTILIS CVM ATTINENTIIS DONATVR RAVENGIRSBVRGENSIBVS.

Nos *Irmengardis* Domina de *Wildenburgk*, *Gerhardus* filius noster & *johannes* nepos noster constare volumus presencium inspectoribus & auditoribus universis, quod nos unanimi consilio voluntatum nostrarum *Wentzonem* Curtilem in nova curia & *Hedwigem* uxorem suam legitimam cum liberis eorum homines hactenus nobis liberaliter attinentes Domino *Theodorico* Preposito & Conventui in *Revengirssburg* tam pro remedio animarum nostrarum quam hereditatis nomine cum *Arnesto* nepote nostro liberaliter dedimus perpetuo possidendos & habendos hiis litteris datis & sigillatis nostris sigillis in testimonium super eo. Anno Dñi M° CC LXXVII *Thome* Apostoli.

Ego *johannes* predictus in premissis sigillo *G*, patrui mei predicti sum contentus.

CLVIII.

BONA IN RAVNEN AD ECCLESIAM IN R. PERTINENTIA QVALITER SINT LIBERA?

Nos *Emicho* Comes silvester universis presentes litteras visuris & audituris notum esse cupimus quod controversia que vertebatur inter Dominum *Theodericum* Prepositum & Conventum

in *Ravengerſſburg* ex una parte & univerſitatem ville in *Rune* ex altera ſuper bonis *Rudulphi* & *Henrici* dicti ferini fratrum & *Heinrici* dicti volucris ſitis in *Rune*, que etiam bona Dñus *Iſenbardus* Canonicus Majoris Eccleſie Mogunt. & paſtor Eccleſie *Rune* legaliter emit & Eccleſie in *Revengirſſburg* pro remedio anime ſue omni contradictione remota contulit, ſic eſt deciſa, quod dicta bona de cetero erunt libera & ſoluta a nobis & noſtris Succeſſoribus nec non & univerſitate ville predicte ab omni exactione vel impetitione qualicumque quam nos & noſtri ſucceſſores a dicta univerſitate ejusdem ville requirere poſſemus vel poſſent preter duodecim denarios leves quos predicta bona dicte univerſitati ad ſervitium noſtrum & libram cere ad cereum paſchalem de orto ſine aliqua contradictione annuatim perſolvent, habebunt eciam predicta bona communionem in paſcuis nemoribus & aliis quibuscunque ad dictam villam pertinentiis ſicut alia bona ibidem ſita ad hanc libertatem per nos ordinatam & factam & perpetuo firmiter ſervandam ſigillum noſtrum cum ſigillis diſcretorum virorum Cuſtodis Majoris Eccleſie Mogunt. fratris noſtri *Hugonis* filii noſtri Canonici ejusdem Eccleſie & *Gerardi* Decani chriſtianitatis in *Enckerich* preſentibus duximus apponendum, huic ordinationi interfuerunt teſtes *Willehmus* de *Smedberg* & *johannes* dictus *Struphauer* milites *Sobelinus* plebanus in *Rune*. *ſibele*. & *Starckolf* judices ibidem, *Albert* centurio, *Wenzo* Scultetus, *ſifridus ſtempel Henricus* dictus

Lan-

Landouſe. ſibele molr. Hezzel. Wernerus ſuper rupem. Henricus ſub rupe. Petrus cerdo Scabini jurati, *Arnoldus* filius, *vrolig Petrus* frater ſuus *Th.* molendinarius *Th.* in *Sazzengazen*, *Wenzo* frater ſuus, *Gozzo* filius *baſen Hen*, frater ſuus *Hertwinus*, *Conradus ſiniſter Eckele Hermannus* juxta viam Eccleſie & alii quam plures de *Rune* Actum & Datum Anno Dñi M. CC. LXX ſeptimo, feria quinta proxima poſt *Trinitatis*.

CLIX.

DE CVRIA IN TRECHTINGSHAVSEN.

Ego *Waltherus* plebanus ſancti *Quintini* Mogunt. conſtare volo preſencium inſpectoribus & auditoribus univerſis, me bona fide plenoque affectu honorabilibus viris Domino *Theoderico* Prepoſito & Conventui monaſterii in *Revengerſſburg* promiſiſſe quod ego curiam ipſorum in *Drechtgeſhuſen* ſitam cum univerſis ſuis attinentiis per me comparatam & emptam per manum & aſſenſum eorumdem a dicto monaſterio *Revengerſſburg* non alienabo ſed ipſam curiam cum attinentiis ſuis ad perpetuum vite mee poſſidebo, me vero Domino jubente, defuncto, prefata curia cum ſuis appendiciis ſane & integraliter conſervatis, cujus etiam curie donacionem pro remedio & ſalute anime mee per preſentes facio, ad dictum monaſterium liberaliter devolvetur, maxime cum hec bona fide promiſerim in emptione curie memorate.

 In

In cujus rei teſtimonium evidens & firmam ratihabitionem hoc preſens Scriptum mei ſigilli munimine duxi muniendum. Actum & Datum Anno Domini M. CC. LXXVII. feria tercia proxima poſt feſtum *Remigii* Epiſcopi.

CLX.

MONASTERIVM PER LEGATVM ACQVIRIT BONA IN DRECHTINGESHVSEN.

Ego Magiſter *Waltherus* plebanus Sancti *Quintini* in *Moguntia* conſiderans, quod ſicut nichil eſt morte certius ita nichil incertius hora mortis. Cupiens igitur futuris periculis quantum a Deo michi conceditur obviare, teſtamentum meum diſpono & ordino in hunc modum, ſane omnia bona immobilia que jam nunc poſſideo quocumque titulo & ex quacunque cauſa in villa *Drechtingeshuſen* & in terminis ejusdem ville Eccleſie in *Revengerſſburg* ordinis Sancti *Auguſtini* Mog. Dyoc. dono & lego pro mee anime ac animarum parentum meorum remedio & ſalute ita quod poſt mortem meam omnia bona hujusmodi ad eandem Eccleſiam libere & ſine contradictione qualibet devolvantur excepta tamen illa vinea quam erga *Embriconem* filiaſtrum *) *Morhardi* militis comparavi, quam quidem vineam ſoror *Elyzabeth* famula mea tenebit & tanquam uſufructuaria quam diu

*) Filiaſter, privignus. gloſſæ Iſidori: *Filiaſter, privignus, qui ante natus eſt.*

diu vixerit, poſſidebit, ipſa vero defuncta eadem vinea ſicut alia bona mea ad predictam Eccleſiam devolvetur. In evidens igitur teſtimonium & firmitatem perpetuam premiſſorum preſentem litteram Domino Prepoſito prefate Eccleſie tradidi meo & honorabilium virorum Gardiani fratrum minorum & Officialis Domini Prepoſiti Mogunt. ſigillorum munimine roboratam. Nos quoque frater *Conradus* Gardianus & Magiſter *Daniel* Officialis Dñi Prepoſiti Mog. huic ordinationi interfuimus & ad inſtanciam predicti plebani ſigilla noſtra apposuimus huic Scripto. Actum Anno Dñi M. CC. LXXVIII. in vigilia beate *Katherine* virginis.

CLXI.

DE JVRE VENDENDI VINVM IN BIBERN.

Ego *Ingelbrandus* dictus *vulpes* de *Biebera* univerſis tenore preſencium notum eſſe volo, quod pro controverſia taberne & vendicionis vini in *Bievera* quam habui cum Domino *johanne* juniori de *Heyntzenberg* concordatus ſum ita, quod illud jus vendicionis vini obtinebo in *Bievera* tam diu quousque predicto Domino *johanni* & ſuis heredibus videbitur expedire & quandocunque predictus Dominus *johannes* vel ſui heredes michi non magis favent, quod vendam ulterius vinum, tunc quilibet in ſuo jure manebit, ita quod quicum-

que vinum vendere voluerit, absque mea offensa & offensa Domini *johannis* prefati licite vendere potest impedimento aliquo non obstante. In cujus facti testimonium presentes litteras sigillo Domini *johannis* Comitis de *spanheym* dedi firmiter roboratas. Datum Anno Dñi M°CC°LXXXIII°.

CLXII.

CONR COMES SILV. CONSENTIT IN TRANSLATIONEM BONORVM IN MENGESRODT A WENZONE IN RAVENGIRSBVRGENSES FACTAM.

Ego *Conradus* Comes *silvester* Dominus in *Dune* universis ad quos presens Scriptum pervenerit, cupio notum esse & publice profiteor, quod omnia bona & jura, que *Wenzo* dictus *Hundisruck* meus castrensis de me sive de meo dominio habuit in villa *Mengesrodt* & terminis ejus sita una cum silva attinente idem *Wenzo* dedit seu contulit monasterio sancti *Cristofori* in *Revengersburch* in perpetuum possidenda, cui collationi & facto prenotato liberam meam voluntatem & consensum plenarium adhibui & adhibeo per presentes renuntians omni juri quod in bonis seu rebus michi competiit supradictis. ut igitur premissa robor obtineant presentem cartham dedi meo sigillo ad preces prefati *Wenzonis* dicto monasterio roboratam. Datum Anno Domini MCC° LXXXIIII. in die sancti *Nicolai* Episcopi.

CLXIII.

CLXIII.

EMPTIO PARTIS VILLE MENGERSROIT JOHANNIS HEINTZENBERG.

Universis presentes inspectoribus Ego *johannes* Dominus de *Heintzenberg* & *Anticonia* conjux mea volumus esse notum publice profitentes, nos communi consensu & voluntate parique manu omnia bona illa sita circiter claustrum de *Revengersburg* & *Runum* per villam *Mengesrodt* fluentem cum omnibus suis juribus ac consuetudinibus quibus eadem bona usque nunc dinoscuntur possedisse que cum milite *Moir* de *silva* & cum *Wernbero* dicto *Hundesruck* communia habuimus, Domino Preposito Ecclesie de *Revengersburg* nec non Conventui loci ejusdem pro octo libris denariorum juste venditionis titulo tradidisse nobis solutis in pecunia numerata promittentes bona fide pro nobis & nostris heredibus, qui contra predictam venditionem inposterum per nos vel per alios cum questu dotis vel donationis propter nuptias vel alio quocunque modo minime veniemus, renuntiantes nichilominus exceptioni pecunie non numerate non tradite & omni beneficio juris Canonici & Civilis, quod nos relevare posset circa predicta vel hujusmodi venditionem nostram aliquatenus infirmare. ut igitur hec venditio nostra rata permaneat & inconvulsa perpetuo perseveret, presentem litteram munimine mei *johannis* predicti sigillo volui roborare, quo Ego *Anticonia* quia proprio careo sigillo, utor & sum

 con-

contenta. Datum Anno Domini MCC° octuagesimo quinto in vigilia beati *Thome* Apostoli.

CLXIV.

LEGATVM VINEAE BINGENSIS ECCLESIAE IN R. FACTVM.

In nomine Domini Amen. Nos *Henricus* & *Walburgis* collateralis opidani Pingwensis universis & singulis Christi fidelibus tam presentibus quam posteris cupimus fore liquidum, quod unum juger & dimidium vinearum quas pro *Geza* dicta *Roden* titulo emptionis nostris denariis comparavimus loco situationis an deme ockenemer Wege custodie Dominorum Conventus sancti *Cristoferi* in *Revengersburg* a qua pro dimidietate fructuum jure hereditario possidemus quod quemlibet nostrum affinem aut quemcunque extraneum eisdem hereditare possemus, erogamus post mortem nostram & legamus ob salutem animarum nostrarum & testamentum perpetuo duraturum, veruntamen antedictam vineam ad vite nostre terminum obtinebimus & nichilominus gaudebimus jure nostro. In cujus rei robur & perpetuitatem sigillum honorabilis viri Domini Decani Ecclesie Pinguensis pro nobis presentibus est appensum. Nos vero Decanus prefatus ad instanciam predictorum opidanorum Pinguensium nostrum sigillum apponendum duximus in testimonium premissorum. Datum Anno Dñi MCC LXXX

LXXX VII. in die Converſionis beati *Pauli* Apoſtoli VIII. Kal. Februarii.

CLXV.

LITTERA DE HOMINIBVS NOSTRIS NON RECIPIENDIS IN CIVES KIRPERGENSES.

Nos *johannes* Comes de *ſpanheym* preſentibus noſtris litteris recognoſcimus & publice profitemur nos promiſiſſe omni dolo & fraude excluſis, quod ob dilectionem & familiaritatem inter nos & Eccleſiam in *Revengerſsburch* de novo contractam ex nunc & deinceps nullos de hominibus ſancti *Criſtoferi* eidem Eccleſie attinentibus in noſtros cives apud municionem noſtram in *Kirpperg* recipere debeamus volentes & conſencientes quod omnes hii homines ejusdem Eccleſie quos a ſex annis proxime preteritis uſque nunc nos ſeu noſtri officiati in cives noſtros apud *Kirppurg* recepimus ſolo *Philomanno* de *Fronhoben* excepto ad illas centum libras denariorum Treverenſium in quibus perſolvendis Nobili viro Domino *johanni* de *Hentzenberg* ſingulis annis jam dicta Eccleſia eſt obligata, contribuant ſicut alii homines ſancti *Criſtoferi* ita quod quilibet ſine dolo pro ſue modulo facultatis, dictus autem *Philomannus* de *Fronhoven* ad ipſius Eccleſie prefate ſervicium redire poterit ſi voluerit & ſi ſibi viderit expedire. ut hec premiſſa rata & inviolabilia obſervemus preſentes

sentes litteras sigillo nostro communitas supradicte Ecclesie dedimus in testimonium super eo. Actum & Datum Anno Dñi M° CCLXXX° octavo In die beati *Bartholomei* Apostoli.

CLXVI.

DE CVRIA SCHONENBORN.

Nos *Conradus* Dapifer & *Henricus* de *Hecken*, *Godefridus* Campanarius, *Godfridus Luder*, *Jacobus* dictus *Truchart Filmannus Winter johannes* gener Dapiferi *estgemel Conradus pellifex Conradus* dictus compater cives in *Kirchperg* & Scabini ac *Henricus* & *Conradus* Scabini in *Kostancia* tenore presencium recognoscimus & lucide profitemur, quod existentibus in personali comparentia ante conspectum nostrum omnium & in facie judicii *johanne* de *Kostancia* predicto armigero & *Albeide* uxore sua legitima ac *Ensifrido* ipsius *johannis* Germano ex una nec non Religiosis viris *Rudewino* Preposito Ecclesie in *Revengersburg* & quibusdam de capitulo scilicet *Theoderico* & *Conrado* Canonicis ibidem loco universitatis Capituli vel Conventus predicti ex altera parte dicti *johannes* & *Albeydis* legitimi conjuges per communicatam manum & *Ensifridus* per se post legitimam resignationem per traditionem calami ac post abrenunciationem publicam per tactum festuce civiliter factas ab ipsis atque *Friderico* dicto *Gudeson* & *Mechtilde* uxore sua legitima colonis ipsorum in *Scho-*

Schonenborn idem facientibus exposuerunt condonaverunt & legaverunt per voluntatem propriam ob remedium suorum parentum & amicorum animarum curiam sui juris in villa *Schonenborn* sitam predictam colonis inhabitatam nec non domus, areas, agros, prata, nemora, culta simul & inculta scilicet universa bona sua immobilia in ipsa vel terminis ejus sita cum quibuscunque juribus & pertinenciis ad eandem spectantibus dictis *Rudewino* Preposito & Conventui qui devotionis illorum beneficium acceptarunt cum proprietario jure ac liberrima potestate quo modo ipsi benefactores eadem omni transacto tempore possederant perpetuo possidenda. Nos itaque *johannes* & *Albeidis* legitimi conjuges & Ensifridus nec non *Rudwinus* Prepositus & conventus partes predicte singula & universa supra scripta confitemur esse vera invocantes super ipsis ut robur obtineant nominatorum *Conradi* de *Ruchelnhusen* dapiferi ac de *Kirchberg* & *Kostancia* Scabinorum fidele testimonium per sufficientiam variorum presentibus ex eorum professione conscriptis sub predicte Civitatis Kirchbergensis sigillo nostris sedulitatibus impetratis. Igitur nos *Conradus* Dapifer & Scabini sepedicti rogati a partibus predictis presentes conscribi fecimus super hiis que vidimus, audivimus & testamur parti videlicet *R.* Preposito & Conventui prelibatis id altera parte mandante sigillo civitatis memorate dedimus affirmatas. Actum & Datum Anno Domini M° CC. nonagesimo in festivitate sanctorum *jacobi* Apostoli & Cristoferi Martiris.

CLXVII.

CLXVII.

MONASTERIVM R. EMIT BONA IN DORWILER.

Ego *Gerhardus Serekinus* & *Loretha* legitima mea collateralis constare volumus presencium inspectoribus universis lucide profitentes, quod nos cum bona voluntate nostra manu quoque communicata omnia bona nostra propria immobilia in villa *Dorwilre* vel terminis ejusdem sita scilicet domus areas agros prata silvas nemora cum arvis quoque cultis & incultis atque quibuslibet possessionibus ad ipsa bona spectantibus quacunque re & nomine censeantur, que bona Backhussgud vulgariter appellantur, que etiam bona solvunt certos annuos redditus unum maldrum spelte mensure Kirchpergensis, duo maldra avene mensure ejusdem & duos pullos carnis priviales ac insuper jura expressa que vocantur Herberge cum aliis justitiis & emolumentis que communi vocabulo Vorhube dicuntur & bestheubit, que omnia reddunt eadem bona modis & temporibus debitis & consuetis vendidimus ac exposcimus justo venditionis titulo Religiosis viris Domino *Hermanno* Preposito nec non conventui Ecclesie sancti *Cristoferi* in *Revengerssburg* triginta tribus solidis denar. colon. apud ipsos mutuo receptis & in nostros usus provide conservatis, ad cujus venditionis cautelam & evidentiam ampliorem nos propriis motibus dictos Religiosos viros apud seculare judicium in Civitate Kirchpergensi super nominata bona legittimos statuimus possess-

possessores recognoscentes nos ipsis pro tali pecunia mutuasse illa cum ea libertate & proprietaria potestate qua nos hucusque gavisi fuerimus & contenti presentibus & mediantibus viris fide dignis *Conrado* de *Ruchelnhusen* Dapifero *Henrico* dicto *Kasemann jacobo* dicto *Truchart* Civitatis ipsius civibus & Scabinis renuntiantes super hiis specialiter & expresse exceptioni pecunie non numerate non tradite non solute doli mali actioni in factum omnique juris auxilio tam canonici quam civilis. In cujus rei testimonium & perhennem memoriam presens scriptum sigillo sepedicte civitatis Kirchpergensis nostris precibus obtento quia personali caremus, sepedictis Religiosis personis dedimus affirmatum. Actum & Datum Anno Domini M° CC XC. Idus junii.

CLXVIII.

F. DE MUNSTER MEYFELT CONSENTIT IN OPPIGNORATIONEM &c. BONORVM FEVDALIVM.

Ego *Fridericus* miles de *Monasterio Meinfelt* dictus *Gauwer* tenore presencium recognosco publice profitendo quod *Wilkinus* filius quondam *Franconis* militis dicti de *silva Gerbardo* sororio suo & uxori ejus legitime sorori dumtaxat ipsius *Wilkini* sex solidos Coloniens. Den. duo maldra avene mensure de *Kemiche* sex pullos cum maldro caseorum pro novem marcis minus IIII^{or} solidis predi-

cte

cte monete singulis annis recipiendos & percipiendos per predictos conjuges & communes liberos eorundem in bonis suis apud *beinchenhusen* que a me tenet in feodo de consensu meo & bona voluntate nomine dotis deputavit & titulo pignoris obligavit, quousque idem *Wilkinus* & sui *Gerhardo* jam dicto vel suis scilicet uxori vel liberis communibus eorumdem novem marcas minus quatuor solidis plenarie persolverint memoratas. Et quia sigillo proprio careo sigillo nobilis viri Domini *Werneri* dicti *Vrie* burggravii de *Tryss* usus sum in hac parte, Et nos *Wernerus* predictus rogati utrimque per Dominum *Fridericum* & *Wilkinum* sepe-dictos sigillum nostrum presentibus duximus appendendum in evidens testimonium veritatis. Datum Anno Domini M CC XC. mense Augusto die beati *Laurentii.*

CLXIX.

MOLENDINVM IN GENTZINGEN ELOCATVR.

Noverint ad quos presentes devenerint universi, quod nos *Rudewinus* Dei gratia Prepositus monasterii in *Revengeresburg* molendinum nostrum in *Gentzingen* situm cum emolimentis attinentibus & prato adjacente ad antiquum molendinum nuncupato concessimus & assignavimus *Petro* molendinario ibidem & suis heredibus ad certum terminum annualem viginti annis jam jam currere incipi-

incipientibus duraturum pro penſione bladi videlicet decem & novem maldris ſiliginis valentis incrementi menſure pingwenſis, que idem *Petrus* & ſui heredes nobis & noſtro monaſterio ſine difficultate & impedimento quolibet ſingulis predictis annis perſolvent & preſentabunt *Pingwiam* ſupra noſtrum domum ſuis periculis & expenſis laboribus & vecturis quatuor terminis quarti temporis ſolutionem & preſentationem ipſius bladi anno quolibet annotatis, excepto tamen primo anno quo memoratus *P.* & ſui heredes liberi erunt & de penſione predicta minime reſpondebunt & quod ipſi molendino edificatione neceſſario inter & extra lapides qui dicuntur molares & apparatum duarum rotarum fructificantium ſuo ſumptu in inſtanti infra biennium & poſtea oportuno tempore providebunt, pro qua preſentatione & perſolutione penſionis & preparatione molendini nobis & noſtro monaſterio curiam ſuam domum & ortum in ipſa villa *Gentzingen* ſita nomine pignoris obligarunt, adicimus premiſſis quod ſi nominatus *P.* cuipiam cognatorum ſuorum in locum ſuum ſub formis & condicionibus prehabitis infra prefatum terminum annualem intrare dederit aut permiſent poſt obitum aut in vita, non renuemus dummodo nobis & noſtro monaſterio cautionem meliorum pignorum interponat, hoc conſiderato quod ad unum non ad plures habeamus reſpectum de nobis debita penſione & dum uni aſtringimur ab altero liberemur, que ſcilicet *Petri* & heredum ſuorum aut alterius intrantis pigno-

ra ipſo momento quo in perſolucione bladi & preparatione molendini prout dictum eſt inſufficientes fuerint aut remiſſi vel expirante termino annuali ſi & tunc in preparatione molendini fuerint diminuti una cum molendino vacante ad manus noſtras & uſus noſtri monaſterii pleno & perpetuo jure propria devolventur. In cujus rei robur ſigillum noſtrum eſt preſentibus appenſum. Nos quoque *Petrus* & *Mechtildis* legitimi conjuges & heredes noſtri hoc factum laudantes & preſentibus approbantes hoc Scriptum ſigillo venerabilis viri Domini Decani Ecclefie Pinguenſis noſtris precibus impetrato in teſtimonium ſuper eo fecimus affirmari. Nos itaque Decanus Pinguenſis ad inſtancias predictorum ſigillum noſtrum huic cedule duximus apponendum. Actum & Datum *Pinguie* Anno Dñi M° CC° nonageſimo tertio *Vincula Petri.*

CLXX.

RESIGNATIO BONORVM IN TREYSA.

Iudices ſancte Moguntine ſedis recognoſcimus harum ſerie litterarum quod *Sauilia* de *Weſthouen* relicta quondam *Florentini* militis dicti de *Narbeym* in noſtra preſencia conſtituta renunciavit ſimpliciter & expreſſe bonis ſitis in terminis ville *Treyſenn* ſibi a predicto *Florentino* in dotem ut aſſeruit aſſignatis que per *Herebertum* militem dictum de *Schaleyde* ad monaſterium in *Revengerſsburg*

burg ordinis ſancti *Auguſtini* Mag. Dyoc. ſunt juſto vendicionis titulo devoluta promittens fideliter ſub preſtito juramento, quod nunquam ullo tempore dictum monaſterium intra & extra judicium velit ſuper bonis impetere memoratis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus litteris eſt appenſum. Actum *Henrico* Scolaſtico Magiſtro *Daniele* Cantore *Conrado* dicto de *Swabenheym* Canonico Eccleſie ſancti *ſtephani* Magunt. *Johanne* famulo Prepoſiti monaſterii antedicti, *Irmendrude* dicta de *Hillensheym* uxore *Henrici* de *Lonſheym*, *Hedwige* Cognata & *Johanne* Scolare Cantoris predicti preſentibus & ad hoc pro teſtibus convocatis Anno Domini M° CC XCIIII. proxima quinta feria ante Dominicam *Circumdederunt*.

CLXXI.

MOLENDINVM APVD ENCKERICH ELOCATVR HÆREDITARIE.

Ego *Wilhelmus* dictus *Wize* de *Enckerich* & *Biela* uxor mea legittima univerſis preſentes litteras inſpecturis ſeu lecturis notum eſſe cupio quod Venerabiles Domini Prepoſitus totuſque conventus Eccleſie in *Revengirſsburch* molendinum ipſorum apud *Enckerich* dictum Prangemul & vineam ſitam in montenuual apud mediam aream michi & meis heredibus jure hereditario conceſſerunt pro annua penſione videlicet quinque maldris ſiliginis, una vercella minus Treverenſi menſure

 duo-

duobus terminis ſcilicet in feſto beati *Johannis Baptiſte* medietatem, in feſto vero nativitatis Domini partem reſiduam perſolvendis. Si vero in ſolucione dicti ſiliginis negligens fuero terminis ante dictis vel dictum molendinum mea vel meorum heredum negligentia devaſtari contigerit, ipſum molendinum cum vinea predicta ad ipſum prepoſitum & Eccleſiam predictam libere revertentur abſque juris injuria atque heredum meorum contradictione qualibet vel offenſa. In cujus rei teſtimonium ſigillum univerſitatis in *Enckerich* ad meas preces preſentibus litteris eſt appenſum. Et nos Scabini in *Enckerich* ſcientes predicta eſſe vera ſigillum noſtre univerſitatis ad preces prefati *Wil.* hiis Scriptis fecimus apponi. Datum Anno Domini M° CC° nonageſimo quinto ſabato poſt feſtum beati *Andree* Apoſtoli.

CLXXII.

LITTERA CENSVVM CAPELLE IN PINGWIA.

Nos *Gotfridus* Dei gratia Prepoſitus totusque conventus monaſterii in *Revengerſsburg* preſentibus lucide profitemur & ad noticiam univerſorum cupimus pervenire, quod de communi conſenſu & bona voluntate totius noſtri capituli capellam ſancti *Criſtoferi* in curia noſtra Pinguenſi conſtructam ſex maldris ſiliginis menſure Pingwenſis & dimidia carrata Hunici vini ejusdem menſure

dota-

dotavimus & dotamus, quam videlicet annonam ſingulis annis ſacerdoti dictam capellam officianti de curia noſtra in villa *Wilre* ſita infra Aſſumptionis & Nativitatis beate *Marie* virginis duo feſta dabimus ſeu aſſignabimus ac *Pingwiam* preſentabimus noſtris laboribus periculis vecturis & expenſis & vinum ſimiliter ſingulis annis in autumpno eidem ſacerdoti ante torcular noſtrum in curia noſtra Pingwenſi ſupradicta. Preterea *Hugo* ſacerdos quondam plebanus in Wintzenheym ſex maldris ſiliginis menſure Pingwenſis & dimidia carrata vini Hunici ejusdem menſure pro ſalute anime ſue & parentum ejus animarum dotavit capellam ſancti *Criſtoferi* ſupradictam nomine annue penſionis, que videlicet annona & vinum dabuntur ſingulis annis de bonis ſitis in *Wintzenheym* ſubnotatis, quorum ſitus eſt talis, tria quartalia vinearum in Guldeloche que erant *Friderici* Scabini. Item tria quartalia vinearum in monte, que fuerant *Johannis* dicti *beſcheler* Item quinque jugera im eſtriche quorum duo ſimul & iterum duo ſimul ſunt ſita & unum ſolum. Item tria jugera in *Rüden* Item unum jugerum in *Ippisheym* ſupra viam. Item dimidium jugerum in *Claffenſteyn* Item dimidium jugerum in *Gruben* Item unum jugerum Hunice vinee in *ſezclingen.* Ita quod quicunque pro tempore habuerint bona ſupradicta penſionem annone ſupradictam videlicet ſex maldra ſiliginis infra Aſſumptionis & Nativitatis beate *Marie* Virginis duo feſta, vinum vero infra feſtum ſancti *Remigii* & feſtivitatem omnium ſan-

 ctorum

ctorum proximè sequentem secundum conditiones prehabitas suis laboribus periculis & expensis sacerdoti dictam capellam officianti singulis annis dabit seu assignabit ac in *Pinguiam* presentabit. In supra dicta etiam capella missarum solemnia quatuor diebus in qualibet septimana debent ex nunc in perpetuum annis singulis celebrari, Cui *Hugoni* damus & concedimus plenam potestatem non solum possidendi dictam capellam cum redditibus ejus predictis & officiandi eandem quiete & pacifice ad tempora vite sue verum eciam conferendi ipsam alteri sacerdoti loco & nomine sui, cui ipse voluerit, viro dumtaxat bone conversationis ac honeste qui dictam capellam officiabit & redditus ejus predictos & percipiet quamdiu vixerit ac deinde apud Ecclesiam nostram dicte capelle collacio remanebit. Ceterum quia veniens idem *Hugo* ad locum nostrum & congregatis nobis omnibus in Capitulo nostro clerico cuidam secum adducto jacobo nomine in medium nostri producto antedictam capellam fretus potestate sibi a nobis concessa ut prediximus coram nobis omnibus contulit ac legitime deputavit, nos eundem suscipientes capellanum pro dicto *Hugone* collationem seu deputationem ipsius *Hu.* in hac parte ut prehabitum est laudamus & presentibus confirmamus, cum vero dictam capellam vacare contigerit ut premissum est, collatio ejusdem ad Dominum Prepositum nostrum existentem pro tempore pertinebit, si autem Prepositus non fuerit, spectabit ad Custodem nostrum, sed si nec ipse fuerit,

rit, tunc hujusmodi collacio attinebit illi perſone de capitulo noſtro que pro ſeniore habetur quorum nullus ipſam capellam alteri ſacerdoti quam uni de Gremio noſtre Eccleſie conferre habebit, ſi in noſtro collegio fuerit qui acceptet, ſi vero non fuerit, tunc alius eorum cuiquam ſacerdoti extra nos bone vite providere poterit in eadem. Eligimus quoque in nos ſpontanee nomine pene pro nobis & ſucceſſoribus noſtris nos preſentibus obligando, quod ſi dicta capella quando vacaverit infra ſpatium dimidii anni alicui perſone idonee predicto modo collata non fuerit, ex tunc collatio prefate capelle ad Dominum Decanum & Capitulum Eccleſie Pinguenſis omnibus exceptionibus inventionibus tam juris Canonici quam civilis non obſtantibus cedat ſeu devolvatur. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Ego igitur Hugo ſacerdos antedictus univerſa & ſingula premiſſa laudo & vera eſſe profiteor ſub ſigillo Domini Decani Eccleſie Pinguenſis predicte quia proprio careo ſigillo meis precibus appendi huic littere procurato. Nos quoque Decanus Pinguenſis ſepedictus ad inſtanciam *Hugonis* ſacerdotis memorati ſigillum noſtrum preſentibus appendimus in teſtimonium veritatis. Datum Anno Domini MCC nonageſimo VI. III. Kal. Maji.

CLXXIII.

LITTERA DE QVIBVSDAM BONIS IN TREYSE.

Nos *jo.* Prior totusque conventus monachorum monafterii fancti *Martini* de *fpanheym* Ordinis fancti *Benedicti* tenore prefencium recognofcimus & fatemur quod cum Prepofitus & Capitulum Canonicorum regularium de *Revengirsburg* pro nobis quedam bona fita in terminis ville *Dreyfen* emerint & comparaverint, nos eifdem . . *Speht* militem *Hermannum* de *Schonenberg* & *H.* dictum *Efchemelyn* fidejuffores conftituimus & obligavimus per folita & jufta dictorum bonorum effeftucatione & warangia facienda promittentes ipfos ab hujusmodi fidejuffione indempnes penitus confervare, promittimus nichilominus quod nullum umquam Abbatem recipiemus vel acceptabimus quin prius dictam vendicionem voluntarie admittens ipfam fub fuo figillo ratificet & confirmet, quod fi non fecerimus dicti fidejuffores licite moniti expenfas fidejufforias facere poterunt in noftrum dampnum. Sigillum Conventus noftri prefentibus appendimus in teftimonium fuper eo. Datum Anno Dñi M° CC nonagefimo feptimo. Octava Epiphania Domini.

CLXXIV.

CLXXIV.

QVALITER CVRIA IN TREYSS TRADITA SIT MONASTERIO.

Nos Abbas, Prior, Cantor & Thezaurarius totusque conventus monasterii in *Spanheym* Ordinis sancti *Benedicti* Mog. Dioc. universos ac singulos presencium inspectores seu legi auditores cupimus non latere recognoscentes lucide profitendo, quod cum honorabiles & religiosi viri Dñus Prepositus & Conventus Ecclesie in *Revensgirsburg* ordinis Sancti *Augustini* quedam bona in *Treyss* sita possideant & ad vite tempora discreti viri *Hereberti* militis sint libere in antea possessuri, post ejus vero jam dicti militis *Hereberti* spiritus exalacionem ad nostri cenobii utilitatem essent absque omni contradictione libere devolvenda, Nos super hoc in nostro Capitulo habito deliberationis consilio eadem bona prefatis Dominis Preposito & Conventui justa & rationabili emptione & vendicione intercadente pro viginti duabus marcis denariorum coloniensium vendidimus legalium & bonorum, nobis quidem numeratim & integre traditis & ad utilitatem nostre Ecclesie provide devolutis pro nobis nostrisque Successoribus fide corporali prestita legaliter promittentes contra dictum venditionis & emptionis contractum verbo vel opere aliquatenus non venire. Insuper eligentes & in penam voluntariam arbitrantes nos in quadraginta marcis denariorum Coloniensium prefatis Dominis Preposito & Capitulo Monasterii in

Revengersſburg juſtè eſſe & rationabiliter debitores, nichilominus dicta bonorum poſſeſſione abſque ira vel offenſione qualibet remanente, ſi ipſos, quod abſit, in dicta poſſeſſione inquietari aliqualiter contigerit ſeu gravari, ſi vero in hujus pene promiſſione ſeu contractus obſervatione negligentes fuerimus aut rebelles, honorandum & nobilem Dominum *ſymonem* Comitem de *ſpanheym* noſtre Eccleſie advocatum temporalem ad hoc eligimus & noſtris precibus ſuppliciter poſtulamus ut ex tunc in obſervatione ſupra ſcriptorum omnium dictis Dominis parere nos faciat ſua jurisdictione temporali firmiter aſtringendo, renuntiantes nos Abbas, Prior, Cantor, Theſaurarius totusque conventus pure & ſimpliciter omnibus privilegiis conſtitutionibus omnique exceptioni juris canonici quam Civilis que nos contra predicta poſſent ſubtilitate aliqua ſupportare. In cujus contractus ordinationis pariter & promiſſionis robur & teſtimonium ſigillum honorandi & nobilis Domini *Symonis* Comitis de *ſpanheym* prelibati noſtris precibus impetratum preſentibus eſt appenſum. In ſuperiorum quoque pleniorem evidenciam noſtri ſigillum capituli noſtrique Abbatis tenore preſencium inſuper eſt annexum. Et Nos *ſymon* comes de *ſpanheym* ad inſtantiam & rogatus religioſorum virorum Abbatis & Conventus monaſterii in *ſpanheym* Prepoſitum & capitulum in *Revengersburg* in dictorum bonorum poſſeſſionem inducere promittimus ipſosque in ea pacifice defenſare dictos vero Dominos de *ſpanheym* tales habere

bere volumus ut ſecundum ſupradicta ipſis Dominis de *Revengersburg* plenarie ſatisfacere ſint parati, ſi preſcriptorum in aliquo minus ſufficientes reperti fuerint aut rebelles. In ſupra ſcriptorum omnium & ſingulorum robur teſtimonium & munimen noſtrum ſigillum ad preces Abbatis & Conventus Cenobii de *ſpanheym* preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini Milleſimo CC. nonageſimo VII. Dominica *in excelſo throno*.

CLXXV.

S. DE SMEDBVRG BONA SVA IN WERCHWILRE LEGAT AD PRAESENTIAS IN R.

Ab humana facilius labuntur commendatione que nec voce teſtium nec ſcripture memoria eternantur, unde noverit generalis natio preſencium & fidelis poſteritas futurorum, quod ego *ſibodo* miles filius quondam *Hennkin* militis dicti de *ſmedburg* piė recordationis ob ſalutem & remedium anime fratris mei *Bertoldi* bone memorie & aliorum amicorum meorum univerſa bona mea in villa *Wercbwilre* ſita michi a predeceſſoribus parentibus meis relicta lego & legavi libero arbitrio ex conſenſu & voluntate ſororii mei videlicet *Henrici* dicti *Soetzelini* militis de *Lorche* & uxoris ſue legittime patre ſororis mee Dño Prepoſito & Conventui Canonicorum regularium ordinis ſancti *Auguſtini* in *Revengerſsburg* ad preſenciam

ſine

ſine omni reclamacione heredum meorum, ſi quam, quod abſit, temere movere voluerint infeſtacionem dolo fraude hinc inde excluſis, que inquam bona pro annua penſione ſolvere dinoſcuntur quatuor maldra avene & tria maldra ſpelte nichilominus hoc adjecto, quod ſicut Patres mei predicta bona tempore ſuo coluerunt & tenuerunt ac ad me libere pervenerunt, ſic & ipſi debent eadem ſine injurie & aggravationis pondere quorumlibet Dominorum proprie & actualiter poſſidere. Ut igitur premiſſa firmam & inviolatam habeant permanenciam Ego *Sybodo* predictus una cum ſororio meo *Henrico* milite notato Convocatis judice videlicet *jacobo* Dapifero dicto *Truchart* & Scabinis de *Kirchberg* Sc. *Henrico* dicto *Hecke* & *Vilmanno* dicto *Winter* nec non *Conrado* dicto de *Ruckelnhuſenn* *Conrado* pannicida de *Vmiſſen* & *Conrado* dicto *gevadere* predicta bona coram ipſis reſignamus & reſignavimus in facie judicii Domino Prepoſito & Dñis antedictis omni jure quo tenuimus quemadmodum ſcripta ſuperius premonſtrarunt. Et quia ſepe dicta bona ſita ſunt in jurisdictione Domini Comitis de *ſpanheym* rogavimus ad majorem cautionem ſigillo civitatis Kirchbergenſis preſencia communiri. Datum Anno Dni M. CC. nonageſimo nono in die ſancti *ſtephani* protho martiris.

CLXXVI.

CLXXVI.

AMA VINI ANNVA VENDITVR JOANNI DE HEYNZENBERG CANONICO IN R.

Ne ea que in proborum tractantur presencia, temporis vetustate a memoria dilabantur, discretorum industria ipsa consuevit litteris sigillorumque muniminibus roborare, hinc est, quod Ego *Georgius* filius *Tylmanni* dicti *Benze* de *Mannebach* una cum uxore mea legittima ad omnem controversie materiam amputandam universis presens scriptum intuentibus seu legi audientibus constare volumus in hiis scriptis lucide profitentes quod ob legittimam causam vendidimus viro religioso & discreto Dño *johanni* de *Heyntzinbergk* canonico regulari monasterii in *Revengyrsburg* amam franci vini melioris nostri crementi singulis annis in Autumno dicto *johanni* vel cuicunque persone ipso vivente vel post mortem ejus presentari assignaverit nostris laboribus, expensis, periculis in curiam nostrorum honorabilium virorum Dominorum de *Revengirsburg Thussindorphin* sitam perpetue presentandam, ita tamen, quod si dicta ama a prefato johanne nemini nominatim deputata fuerit, nichilominus a nobis & a nostris in dictam curtem *Thussindorphin* cenobio in *Revingirsburg* pro futuro in autumno annis quibuslibet deducatur. In cujus presentacionis ut premissum est securitatem & cautelam firmiorem assignavimus & obligavimus justa warandia prenominato *johanni* de *Heyntzinberg* nomine pignoris

seu

ſeu ypothece vineam ſub furenacke ſitam an der Habeckeldin & vineam zu Wibbeheldin, quam quidem vineam ego *Tylmannus Bentze* preſcriptus de meo conſenſu & voluntate fateor obligatam ut ſi defectum in premiſſa preſentatione pacto prehabito quod non ſperamus per nos aut noſtros inveniri contigerit ſepedictus *johannes* in jam dictis vineis recuperandi defectum talem & damnum quod de eo habuerit contradictione aliqua non obſtante liberam habeat facultatem. In premiſſorum omnium robur & evidens teſtimonium ſigilla honorandorum virorum Dñi *Wilhelmi* plebani in Diepach & Dñi *Ulrici* de *Lapide* noſtris precibus preſenti littere appendi procuravimus, ſub quibus ſigillis quia propriis caremus nos *Crapthe* Scabinus, *Dietherus* de *Manninbach Wernherus Blumen*, *Conradus Thorſe* & *Henricus* dictus *ſpeth* prefatum contractum ſub forma premiſſa coram nobis factum fatemur preſentibus aliis quam pluribus fide dignis Nos quoque *Wilhelmus* plebanus in *Diepach* & *Ulricus* de *Lapide* ad inſtanciam *Georgii* & *Cecilie* ſue collateralis noſtra ſigilla appendi huic littere conceſſimus in teſtimonium omnium premiſſorum. Actum & Datum Anno Dñi M° CCC° ſabbato proximo ante Dominicam *Invocavit me* &c.

CLXXVII.

CLXXVII.

COLLATIO CVRIAE IN SCHONENBORN A FRIDERICO DE SENHEYM FACTA RAVENGIRSBVRGENSIBVS.

Noverint universi presencium seriem inspecturi seu eam legi audituri, quod Ego *Fridericus* miles Advocatus de *Senheym* & legitima colateralis mea *Elyzabeth* consulta manu & animi deliberatione & de consensu filii nostri johannis & uxoris sue *Mechtildis* & aliorum puerorum nostrorum omnium contulimus & conferimus per presentes Curiam nostram sitam in *Schonenborn* cum pratis agris & omnibus attinentiis seu redditibus quibuscunque vel quocunque nomine censeantur Ecclesie beati *Cristoferi* in *Ravengersburg* pro salute animarum nostrarum & antecessorum nostrorum simplici & irrevocabili donacione hac condicione adjecta quod universi redditus ex predicta curia provenientes in usus Dominarum ibidem in cella manentium debent omni obstaculo postposito provenire. In cujus rei testimonium & robur perpetuum ego *Fridericus* miles advocatus predictus presentem litteram duxi sigilli mei munimine roborandam. Datum & Actum Anno Domini M° CCC° IIII° feria quinta post festum *Penthecostes*.

CLXXVIII.

CLXXVIII.

SCHONENBORNER HOF WIRD VON BANNWEIN &c. FREY GESPROCHEN.

Wyr *Symont* eyn Graue von *Spanbeym* und *Elyzabeth* unſer eliche frauw thun kunt allen denne dye dyſſen brieff ſehent oder horent leſen das wir bit geſameder hant vor unſer und unſer altfordern Selen machen fry vonn Banwine und nachtſelden denn hoff den die Jungfrauwen jnn der cluſen by *Reuengerſburg* haint zu Schonenborn der zu mall waſs herrn *Gerbarts* des ritters vonn *Meitzenbuſen* alſo lange als er an der jungfrauwen hant ſtheet komet er aber an Lude hant ſo wollen wir gewonheit unnd recht doff hain als bis her Daſs dyſs Dingk veſte und ſtede ſi ſo hain wir unſe Ingeſiegel an dyſsen brieff gehangen Dyr brieff wart gegeben und geſchrieben do man zalt von Gottes gepurt Duſent unnd druhundert jare jn dem achten jare an Sant *valentinus* tag.

